xpianam. Tunc katherina gratia diuina illumiata desiderio plena sui futuri spõsi scз xpi ihu. feruẽter in ei⁹ fide postulabat edoceri. Nathezizat ergo eam sctũs vir anachorita ꝛ ab eodẽ lachrimans baptizatur deuote. Nihilomin⁹ tamen adhuc cordialiť anxia expectabat xp̃m habere sponsuз. Sed redeũt post hec ad domum ambe. ꝛ katherina in thalamo feruenter orante et post oratione dormiẽte venit rex glĩe scз xp̃us nimiũ decoratus cum angelorũ turba et celesti curia sibiqз annuluз ad digitum suũ posuit ꝛ eã sibi despõsauit. Katherina ꝓo euigilans inuenit annulum quẽ omni tpe vite sue i digito illo portauit i signũ vere desponsatiõis ihu xp̃i cum ea. Aliqui tñ dicũt ꝙ xp̃us visibiliter sibi apparuit ꝛ materialem annulũ in digito posuit sctẽ katherie: ꝓmittens ei maxia ꝓ ea facere si pfecte in eius pseuerauerit charitate. At disparente christo ab ea mox illa cognouit ꝛ sensit p̃libatã visionem spũaliter debuisse intelligi. At totaliter cuз maxima charitate ac teneritudine ad xp̃um sponsũ suum ꝯuersa est. ꝛ de ip̃o ac ab ipso sepe magnas ꝯsolatiões sensit. At vt plenius in xp̃o ꝯsolari valeret totũ studiuз suum erat in ꝯtemplatiõe orationis. aut in lectiõe sacre scripture. Nam cum prius vniuersa volumia librorum in aĩo curiosi⁹ discurreret. post suam ꝯuersioneз ad libros sacre scripture et ad euãgelicos apices ꝯuenit: in quib⁹ figens curiositatis sue cursum. ad semetip̃am ait. Heu mihi q̃ tam diu ꝑ librorꝝ tenebras tempus amisi p̃ciosum. sed donante illo cui me totaliter tradidi tẽpus adhuc restat. ad recuꝑandum tẽpus iam ꝑditum. At ecce katherina euãgelium sponsi sui tã diu seipsam edocere studebat. ꝙз diu ad lumẽ ꝑtingere valebat veritatis. ꝛ secũ quotidie reuoluẽs ꝛ quotidie cristi famulos ꝛ ancillas cum quib⁹ de illo loquereť requirens. facta est veritatis magistra mirabilis. Sed ãnulus ille cũ quo xp̃s despon

ſauit eam poſt paſſionē btē katherine: i allexandria egypti reſeruatus ē: durante tēpoꝛe quo xp̄iani tenuerunt dictā ciuitatē. Poſtq̄ autē ſarraceni inuaſerūt egyptuꝫ ⁊ allexandriam. neſcit̄ quid actum ſit de annulo illo.

Capitulū ſeptimū

in quo agitur quare beata katherina voluit recedere de regno paterno. ⁊ ire allexandriā que erat de terris matrimonij ſui. At de moꝛte dilecte matris ſue. ac de accuſatione pꝛimo facta de ipſa a baronibꝫ ſuis maxentio ceſari. At q̄liter ipſa tractabat bona hereditatis ſue vt ex hoc magis chꝛiſto placeret.



Poſt hec iteꝝ pulſatur a baronibus regni. vt omnino deſponſari ōbeat. ſi regnū ſuū non vult male perire. Quibus btā katherina grā dei iam freta ſic reſpondit: Regi ſum deſpōſata omnibꝫ maioꝛi. qui eſt dei filiꝰ xp̄s ſaluatoꝛ mūdi. Nullus ergo alius mihi noīetur: qꝛ ipſe dulciꝰ a me adamat̄. Uidete ⁊ annulū cum quo ſubarrauit me ancillā ſuā dn̄s ⁊ ſponſus meꝰ ihus xp̄us. Sed ꝑſuadere nō deſinūt vt deſponſet̄ barones. credētes illam taliter reſpōdere. vt ipſi deſiſterēt a ꝑſuaſione p̄dicta. Un̄ factum eſt q̄ illa volens deo vacare. ⁊ peruerſo mūdo ſuadenti locuꝫ dare. matrē obnixe rogat et inſtanter. q̄tenus ipa ad allexandriā ſecum ꝑgere velit Ratiōe ſui matrimonij ſaltem ad tēpus ibi moꝛatura in pace. Conſentit mater et clam in regno dimiſſo vicario. ambe ſimul allexandriā ꝑgunt. Sed barones regni hec duꝫ audiūt turbati ſūt valde ⁊ tanq̄ xp̄ianā eam ꝑ oꝛatoꝛes ſuos incuſant maxentio ceſari. q̄ illo tēꝑe ad oꝛientales remeauerat partes. Mater ꝓ katherine de ſancta diſpoſitiōe filie alacris facta poſt paucos dies ibidem in pace q̄euit plena ꝯſolatione ⁊ grā dei. Ceſar aūt adhibuit aures. ſed vt

P

callidus rem tacite impera
uit teneri.donec ipse allexā-
driam veniret ad vrbē. Au-
diuit enī illam esse filiā co-
sti regis qui fuerat frater cō
stantini.sui sororij.cui⁹ ma
xentius fuit capitalis īimi-
cus; quia expulsus prius
erat ab illo a romana ciui-
tate vt clarius īfra patebit.
Katherina vero mortua ei⁹
matre.sic quoq; vtrorumq;
parentum solatio orbata.te
nera licet esset adhuc etate.
tamē in pallatio remansit:
z familiam q̄ successione he
reditaria sibi inheserat cum
diligentia gubernabat.non
quia seruorum aut ancilla-
rum īnumerosa turba qua-
si prima honores mortales
appetendo delectaretur: sed
quia non sine crimine fore
putabat.si paternum censū
auide retinens. fame z ine-
dia quemlibet eorum peri-
re pateretur: quippe que ni
hil cum mundo habere de-
creuerat. De his tamē sol-
licita ex omi substantia pa-
tris paululum sibi reserua-
bat. Cetera in vsus paupe-
rum cōsumendo paternos
thezauros penitus exhau-
riebat. Nam ipsa nec puella
res iocos. nec amatoria car
mina videre vel audire vo-
lebat. sed diuinis tantum-
modo scripturis. vt tactū
est actentius intenta erat. z
tam diuinis q̄ mundanis
scientijs adeo sufficiēter or
nata erat. vt tunc temporis
nulla sophistice artis argu-
tia poterat supplantari. At
q̄uis multi experiendi stu-
dio litterati. obiectis eam
de varijs attentassent.tamē
vt stultos se z ydeotas reco
gnoscentes eam sane in om
ni scientia insupabilem re-
liquerunt.

Capitulum oc
tauū De scelerata vita ma
xentij . et quomodo a con-
stantino fugatus de vrbe
iuit Alexandriam quan-
do fecit martyrizari beatam
katherinam.



Maxenti⁹ vt supra tactum est. A pretorianis militib⁹ cesar fact⁹ Rome degens prio. vt plebi fieret gratiosus se fore simulat christianum. Iussitq₃ cōfestim omnes iiurias a xpianis arceri. nihil tamen in moribus siue in vita cum christianis cōmune habēs eo ꝙ in omni flagiciorum fece ac immundicia versaretur. Nam senatorum nobiliumq₃ matronas ad se duci publice faciebat. nec vllam sinebat euadere quam esse vllius pulchritudinis audiuisset. Itaq₃ tant⁹ metus vniuersos inuaserat vt null⁹ palā diceret qđ timebat: sȝ gemētes in domibus seruitutē insolitā sustiēbāt.

Capitulum VIII

Nam die quadam militib9 imꝑauit. vt omis cuiuscunqꝫ etatis ⁊ sexus quos sibi obuios habuissent gladijs trucidarẽt. Sicqꝫ factũ est vt inumeri hoies nõ hostium sꝫ suoꝝ gladij interirẽt. Iterũ criminib9 astute obiectis clariores opib9 ⁊ honorib9 senatores ꝓscribi mandauit Insuꝑ artem magicã sũmis studijs cepit excolere in tm̃: vt pregnantes feminas faceret in vẽtre scindi, ac paruulos inde trahi: vt sacris funestis infantiuꝫ testa et viscera scerperent̃ et adhiberent̃. Dicebatqꝫ opere tam crudeli a romão imꝑio bella arceri. atqꝫ credebat ꝑ talia regnum posse romanũ seruari. Hac igitur tyrannide ⁊ tanta, vniuersi deterriti agris derelictis ⁊ domibus, se per abdita loca celabãt ita vt nec vite subsidiũ potuissent habere. Sꝫ senatores vrbis, sapientuꝫ clam suorum consiliuꝫ inierunt: qualiter senatus ꝑplusqꝫ romanus possent de manib9 euadere tam crudelis tyranni: Et clam diffinitũ ac sanctitũ est: vt absqꝫ mora pro euasione tanti periculi: occulti nũcij in britaniam ad cõstãtinũ mittantur. Constantin9 hic helene fili9. ab augusto tricesimo primo imꝑator est ꝯstitut9: Vel a xxx. tertio si pater eius fuerit cõputatus siue ipe maximianus galer9. qui cũ eius p̃regnauit. Itaqꝫ constãtin9 iste ꝑclarus. a maxentio romã cernens ita tyrãnice opprimi ⁊ vastari. ⁊ ꝑ galerum pariter et seuerũ imperium orientale nõ regi sꝫ poti9 extirpari: omib9 homibus se studuit exhibere benignuꝫ. Sicqꝫ mira dei gr̃a factuꝫ est. vt ciuib9 plurimũ essꝫ carus. ac militib9 nimis acceptus. Itaqꝫ sciẽs nihil posse ꝓdesse deos quos dyoclecianus fuerat veneratus. simulqꝫ ꝯsiderans. ꝙ p̃r eius cõstãtinus paganoꝝ religione ꝯtempta. feliciter dies suos duxisset. incepit cogitare tacitus quẽ deũ in suũ vellet habere auxilium. Et duꝫ sic cogitaret: iam dicti nũcij romanoꝝ venerũt ad eũ. ⁊ diligẽter auditis causꝭ quas ꝯtra maxentiũ illi dicere voluerũt. q: iam cor ad

hec habebat ꝯtra illuz aiari fortius cepit. At licet non adhuc xp̄ianus esset. nec cristuz nec deum coleret. xp̄ianos tamen vt pater eius in magna veneratiõe habebat Sexto igit̃ anno impij sui in destructionē predictoruz tyrannoꝝ insurgit. ⁊ primo ꝯtra maxentium castra mouit ⁊ multa secum de īstante necessitate tractās sepe ꝓ auxilio optinēdo oculos ad celum leuabat in his sollicitudinibꝫ ꝯstitutus. sicut eusebius ipse dicit se hoc cum iureiurando ab eodē audiuisse. At circa meridiē declinante iam sole. vidit in celo supius crucis signū ex luce formatū. cui erat scriptura inserta. ꝯtinens hec verba. In hoc signo vinces. Hoc etiam signū milites qui secum erant ꝯspexerunt. At dum cogitaret attentiꝰ q̇d hoc essꝫ. mox tempus q̇etis aduenit. ipsiq̇ꝫ dormiēti cristus apparuit cuꝫ ip̄o signo quod viderat. Dixitq̇ꝫ ad eum. Si vis vincere constantine. vtere signo tibi celitus p̄ostenso. Hoc habet̃ in hystoria Trigtita cum q̄ in suis cronicis concordat Eustachius. Itaq̇ꝫ die facta. constantinus xp̄i aduocat sacerdotes de dogmate christiano eosdem consulturus. At illi de christo sibi loquentes ex prophetis. sua dicta probabant. asserentes nihilominus signum crucis tropheum esse victorie saluatoris christi. aduersus infernum. quam victoriam ascendens ad celos ab ipsis inferis crucifixus ipse ostendit. duz a mortuis die tertia resurrexit. dans spem omnibꝫ mortuis. q̄ omnes homines in fine mundi resurgant. ⁊ q̄ alij pro bene gestis premia sempiterna. alij vero pro male gestis perpetua supplicia sint recepturi. ip̄m docuerunt. Itē q̄ homines qui peccassent ꝑ baptismum a peccatis possent mūdari. Docebant quoq̇ꝫ purificationeꝫ scd̄am. ex penitentia ꝯsequi. ⁊ veniāz a dei clementia tribui delinquentibꝫ. si penitentiā agentes studeāt eam bonis operibus roborare. Hec sacerdotibus explanantibꝫ. ammiratꝰ impator ꝓphetias d

xp̄o ita p̄missas et factas ⁊
in vexillo quod labrum vo
cabatur. ⁊ ante se portari in
bellis a militibus consue-
uerat. ex auro ⁊ lapidibꝰ p̄-
ciosis mox instituit. in cru-
cis signaculum trāsforma-
ri vt sic illū solū ammone-
rent subditi timere deum.
quem coleret imperator. et
quo auxiliatore duce in p̄-
lijs vteretur. simulqꝫ desere
rent subditi priorem morez
quando ydola adorabant.
Sed ⁊ ip̄e crucem ex auro
confectam in dextra sua ge-
stans. militaria cūcta vexil-
la in crucis signaculū trāsformata.
p̄cedere iubens ex
ercitum. contra maxentiuz
mouit arma. deū semp̱ at-
tente ⁊ humiliter dep̄cans
cui iam p̱ orōnem. familia-
rem se fecerat. ne dextra sua
signo sctē crucis ornata: p̱
effusionē romani sanguinis
fedari videret. sed sine im-
pugnatiōe patrie. ciuibꝰ ro
manis redderet libertatem
Cumqꝫ constantinꝰ appropin
quaret ad portā vrbis. sena
tus ⁊ pp̄ls romanus ⁊ pars
militū p̄torij. qui tūc a tyrā
no maxentio p̱pter eius sce-
lera discesserant. bellumqꝫ
intestinū ɔtra maxentium
īceperūt. ne ip̄e vt volebat:
Clemētissimi principis in-
troitū impedire valeret. Et
intrante cōstantino vrbem
cum signo sacratissime cru-
cis vt p̄tactum est: tantus
metus mox maxentiuz (vt
sciuit) inuasit. qꝫ extra vr-
bem cum militibꝰ fugiens.
qui sibi in dicto bello remā
serant: ad p̱tes Dalmacie
vnde fuerat pater eius scili
cet maximianus natus. tē-
debat ɔcitus. Deinde per
yllíricum prexit in syriam.
vbi primo beata katherina
p̱ ambasiatores vt tactū est
Tanqꝫ xp̄iana cesari denū-
ciatur. Sed moraz in syria
non trahēs magnā. ad vrbē
alexandriam egypti vbi be
ata katherina tūc residebat
secessit. Et licet taliter esset
de roma fugatus. timebat
tamen in illis p̱tibꝰ propter
eius germanū ⁊ eius filiuz
maximianū: maxime tamē
p̱pter scꝫ maximianū galeꝝ.
qui dn̄abatur in illa regiōe
⁊ ipse tunc degebat in ylli-
rico cum nauigio magno et
in asya tota cum gente mul

ta ex timore constantini ꝓ⸗
pter illa que de ipso audiue
rat noua. At sic ab effusiõe
sanguinis vt orauit constã
tinus: cõstãtini dextera ꝑ⸗
mansit ĩmunis. Septimo
vero impꝑij sui anno: cũ di⸗
uina iam ope romã intrassꝫ
constantinus: ante oĩa san⸗
ctoꝝ martyrum reliq̃as col
ligi et sepulture mox tradi
p̃cepit. Romani aũt ꝑ con⸗
tinuos septem dies triũpha
lem festiuittaẽ agẽtes. xp̃m
ꝛ mirificam eius crucẽ. in⸗
suꝑ ꝛ victorem constãtinũ:
scꝫ: magnis laudibꝫ extolle⸗
bant. De p̃dicta fuga ma⸗
xentij q̃uis Triptita et ec⸗
clesiastica hystoria non di⸗
cant: tradunt tamẽ de ipsa
fuga annales hystorie sicut
sepius legi in quodã libro:
ab vno fratre ordinis p̃dica
torũ mihi accomodato. vi⸗
delicet ꝙ inter constãtinuꝫ
ꝛ maxentiũ bellũ ciuile ex⸗
ortum est rome. At de eodẽ
libro extraxi carminis mo⸗
dum. ꝛ disputationes beate
katherine cuꝫ cesare ꝛ q̇nq̃⸗
ginta philozophis. Maxen
tius siquidem p̃lio fugatꝰ
alexandrie ꝑtibꝫ se recepit.
At aliq̃ ponere nõ ẽ bñ pos⸗
sibile credere. si volumꝰ asse
rere sicuti fuit scd̃m rei veri
tatẽ. ꝙ btã katherina sit ab
isto maxentio passa ꝛ nõ ab
alio tyranno.

Capitulũ no⸗

nũ: q̃re maxentius existẽs
alexandrie motus sit scri⸗
bere ꝓ sacrificio ydolorum.
At de tenore sui iniqui p̃ce⸗
pti: et de solennitate illius
sacrificij.

Hys nã
ꝗ tempori
bus qui⸗
bus hec
ageban⸗
tur: duꝫ
sancte romane sedis beatꝰ
Siluester pontificatũ tene
ret: ip̃e p̃dictus maxentius
volẽs augere ydolatrie cul
turam. quã dyoclecianꝰ cũ
ip̃ius maxencij genitore scꝫ
maxiano herculeo ceꝑat: re⸗
spiciẽsqꝫ se tam obprobriose
a cõstantino de vrbe fugatũ
repẽtina rabie incitatus: ec⸗
clesiã xp̃i zelo ydolatrie ꝑse⸗
qui istituit: ꝛ ad ꝓphana sa⸗
crificia xp̃ianos aut p̃mijs

aut tormentis incuruare p̄
cepit. Et propter hoc residens
in ciuitate alexandrinorū:
feralia p prouincias sue di-
tionis misit edicta. Iubēs
xpianos dijs suis ymmola
re aut penalib9 cruciatib9 i
terire. Extat aūt huiusmōi
edictum ab eo p regiōes cir
cumquaqꝫ ꝛ nationes emis
sum. Maxentius impator
diuina prouidentia ꝛ deoꝝ
sacrorum beniuolētia in sa-
cro romani imperij culmīe
constitutus. oib9 regibus.
consulib9 atqꝫ magistratib9
Tribunis ac iudicib9 cete-
risqꝫ reipublice ministranti
bus et fauentibus. Et his
qui edictis nostris acquie-
scunt salutem et gratiā no-
stram. Nocte ac die vigilan
ti studio curam habēdo de
salute ꝛ gloria sacri imperij
exortum est in aīmo nostro
consilium. quod sine vestra
presentia nolumus diffini-
re. Quapropter monemus
ꝛ exhortamur vestram soler
tiam. vt cum apices nostri
ad vos peruenerint: omni
remota occasione festine ad
nos venire studeatis. Si
quis autem iussioni nostre
contrarie presumpserit: sci-
at se capitali sententia puni
endum. Auditis itaqꝫ tyran
nice iussionis mandatis. fit
conuentus vniuersalis ad
pretorium regis in ciuitate
alexandria: Quibus con-
uocatis. imperator tribu-
nal ascendit. ꝛ cetum astan-
tem ita est allocutus: Per
virtutem omniū deorum
quibus quotidie famula-
mur. ꝛ romanū imperium
gloriose vbiqꝫ triumphat:
licet per plures sit condiui-
sum augustos. nō est tamē
in toto mundo potestas. q̄
sub iugo potestatis nostre
flectere colla recuset. nisi so
la superba et inepta cultu-
ra christianorū: que inobe
diēs nobis semper existit. q̄ꝫ
penitus eradicare nequiui-
mus. pro eo vtiqꝫ ꝙ clancu
lo huc atqꝫ illuc dispsa va-
gatur. Quapropter statu-
endo censemus vt sacratis-
simis dijs quorum benefi-
cio ꝛ potestate regnamus:
publica reuerētia ꝛ peculia
ris quodāmō eis exhibeatꝛ
cultus. q̄tenus ꝛ imppetu-
um nos ptegāt ꝛ gubnēt. ꝛ

nephandos errores supbientium xpianorum nobis ad iudicandum ostendant. et quos inuenire nequiuerimus sua eos vltione ꝯstringant. Hoc decretum quod statuimus a nobis primo i̅choari oportet. Scd̄m imperialem itaq; potestatez nos offerimus dijs id quod volumus. vos autez scd̄m vestram facultatem his sacrificate cuncti liberaliter. Altera autem die sedens ꝓ tribunali iubet omnes introduci ⁊ preconis voce acclamare. ⁊ ad templum deoruz suorum omnes pariter conuenirent. At vt sacerdotes aris thura imponerēt. Nūc imperatore primo solēne sacrificium dijs offerente. cōtinuo ceteri homi̅es. incuruati iuxta possibilitatē suaz sunt ante simulachra deoꝝ. Diuites quidem thauros ⁊ boues et oues: pauperes vero volucres viuas offerebant. Porro imperator vt erat regio amictus ornatu: ⁊ militari ambitu stipatus. preueniēs. obtulit in sacrificium thauros centum. et triginta. Hinc reges ⁊ principes. hinc magnates militum. hinc prefecti et tribuni. celse dignitatis. gratiosores ⁊ illustres persone pro vt tyranno placere nitebantur formosa dijs animalia atq; copiosa ymmolabant. Quibus vero ad solennem pompam sacrificiorum armenta non suppetebāt. passeres et volatilia que habere poterant. inferebant. Auditur per vniuersam ciuitatem vox diuersoruz animalium. perfunditur tellus effusio sanguine bidentium. fit sonus confusus plausibus ⁊ choris alternantibꝰ. in tantum; vt tremulenta tellus exultare. aut potius indignari tantis clamoribꝫ videretur.

Capitulum decimum. Quomodo beata katherina increpabat imperatorem de falso sacrificio supradicto. ⁊c̄.



INCIVR-
be alexandri-
norum vt ta-
ctū eſt ſupra
Erat puella il
la ſanctiſſima
katherina. annorum. xviij.
duorum de viginti. ſponſa
chriſti ſpecioſa valde. ſꝫ qđ
pluris eſt religioſa fide. et
cuſtos virginitatis ſue que
in pallatio patris ſui reſi-
dens. audiuit tibicinum ſo
nū. ꝛ multimodū genus or
ganorū. ꝛ voces diuerſas
animaliū diuerſorum in tē-
plo fieri ydolorum inſolite:
Stupefacta ergo exīde cau
ſam celeriter iubet inquiri.
Quam cum ex nuncio di-
diciſſet. aſſumptis ſecū ali-
quibus de familia. ad tem-
plum vſqꝫ properauit: Ibi-
qꝫ queruloſo gemitu deplo-
rantes quoſdam inſpexit q̄
ſe chriſtianos eſſe fatebātur
ſed metu mortis ad propha

na sacrificia impellebantur Hec igitur vehementi do-lore cordis sauciata delibe-rat erroneum huiusmodi sacrificium libera auctorita te damnare simul ⁊ tyran-num. necnon et eius male-sanum edictum improbare Tenens itaq͂ paululum in tra se silentium tacita qui-dem sed in alto corde fudit lachrymas et orationem. Hinc pectus ⁊ linguā xp̄i muniens signaculo. auda-cter ante conspectum im-peratoris prorupit. vbi in-ter cesorum strages anima-lium. ⁊ aras immūdi cruo ris sorde ꝯtactas supra om nes flagiciosus ydolatra e-minebat. Ingressa vero bea ta virgo. sic ait tyrāno. Sa lutationem tibi imperator proferre. ⁊ ordinis dignitas ⁊ rationis dictamen premo nebat. si hec que cultib9 de-monuz exhibes. que in nul lo tamen proficua sed omi-no noxia sunt ⁊ damnosa. si hec inquam creatori tuo impenderes. solā illius ma-iestatemq͂ adorandam in-telligeres. per quem mundi elementa initium sumpse-runt atq͂ subsistūt. qui non in innoxiorum cede anima lium. sed fide et salutarium mandatorum obseruantia delectatur. Hunc autem te meritas humana in nullo periculosius offendit. q̄ vt rationalis creatura rebus insensibilibus cultum diui nitatis exhibeat. et hono-rē inuisibilis maiestatis ad visibiles transferat creatu-ras. Eteni maloꝝ omnium inuentor dyabol9 inter om nes suas dolosas artes et fraudes dubios homines. nec perniciosius circumue-nit. nec alias a dī cultu sub tilius auocat. q̄ vt cum sci amus. nos deo soli debere ꝙ formamur et nascimur. hec tamen oīa elementis mūdi ascribi suadeat. qui-bus ⁊ vos diuinitatis nu-mē attribuitis. et appositis nominib9. ꝓ deo singula atz vniuersa veneramini. nul-la alia ratiōe in hūc errorez traducti. nisi ꝙ coeternam dei essentiā in se seruare vo bis videnẗ. que tamē plane a deo ex nihilo facta sunt. ⁊ in hāc mūdi formam mira-bili conspiratione sociata.

Capitulum XI

Que sicut initiũ ex dei cre
atione sumpserũt. ita ꝓben
nitatem ipsius beneficio cõ
sequentur. et ideo coeterna
deo non sunt. quia impossi
bile est creaturam tempali⸗
ter factam; creatori suo qui
est sine tempore. esse cõsem⸗
piternã. Ille enim solus est
sine initio; a quo rerũ om⸗
nium processit exordiũ; Ta
libus ergo diuinitas nõ est
tribuenda; que sue volunta
tis nõ sunt. sed a deo impo⸗
site seruiunt rationi et legi.
Dij ergo non sunt plures
sed vnus nascentiũ ꝛ viuen
tium formator deus qui si⸗
cut omnia creauit ex nihi⸗
lo: ita suo imperio omnia
cohercet atq3 disponit. Ti⸗
bi ergo imperator ꝑpendere
opus est vt cum tu quidez
homo sis et ideo mortalis:
et tu prout terreni imperij
exigit principat⁹ mltis mor
talium milib9 presis: si q̃s
horum debitum tibi specia
liter honorem alij conferret
et alteri cuilibet potenti de
collato sibi a te beneficio fa⸗
mulaturus insisteret: nõne
tu hunc reũ iudicares ma⸗
iestatis: ꝛ rursus quẽ prom
ptiorẽ i tua fidelitate anim
aduerteres: huic omnez ho
norem fraudulentia depo⸗
sita condonares. Miranda
ergo est sed et timẽda dei pa
cientia in sua contumelia.
Igitur cum te sublimi im⸗
pio quod mortales magnũ
existimant preesse homini⸗
bus ipse voluerit: tu tamen
eius ingratus beneficijs ex
istens: rebus visibilibus at
tribuis: quod cõferre debue
ras ei⁹ magnifice maiestati.

Capitulũ vn⸗

decimum de impugnatione
maxencij contra beatam ka
therinam de iesu cucifixo:
et de responsione beate ka⸗
therine contra impugnatio
nem maxencij per obedien⸗
tiam elementorum. quibus
non solum esse sed et preesse
conueniret vt ipe putabat.



Cum hec igitur puella ipsa loqueret. Impator cuz iam dudũ visu in virginez defixo. vultus ipius claritatem. ⁊ verborum constantiam tacitus cõsiderabat. Dehinc in verba huiuscemodi prupit. Speciosa quidem ista forent o virgo q̃ asseris si ratõis munimẽto fulcirent. Nos vero non ignoramus oms religionũ sectas ⁊ vniuersas sacrorum virtutes: rationabilib9 manasse. a principijs. Romani nanq principes. iusticia sempr religione mortales homies pceuntes. totum in leges suas orbem redigerũt. Nõ ergo vana supstitõ est his vti cerimonijs: quib9 lõga etas religionis auctoritatem dedit. et seruata tot seculis. felices sequẽdos nostros monet esse parentes: qui fideliter secuti sunt suos. Vestre autẽ crudelitatis secta ita

supflua z irrationabilis est
vt nulli sanemētis r̄cipiēda
videatur. Quid enim tam
absurdū z ab humana rati-
one tam alienū q̄ꝫ vt ihūm
quē crucifixerāt iudei. di fi
liū asseratis. quē vt vos di-
citis z virilis ignara ꝯsor-
tij virgo cōcepit z cōceptuꝫ
clauso vtero peperit. qui a
discipulo traditus crucis
suspendio interijt. de cruce
depositus triduane sepul-
ture moras ptulit. de hinc
resumpto spiritu de sepul-
chro surrexit Que sane om
nia vana z nulli sapiēti cre
dibilia habentur. Nec suf-
ficit vobis tam stulto erro
ri adhibere consensum. qui
et immortales dos nostros
scꝫ solem et lunam temera-
ria in sectatione condem-
natis. quoꝝ beneficio vten
tes mortales. honorem qui
hominibꝫ non debetur sol
uere sine eorum offensione
fieri non potest. Que enim
tam remota celi plaga et se-
creta orbis regio ab huma
na cōuersatione adeo fuat
ignotum vt magno deo so
li votiuā non exhibeat reli-
gionis culturā. Que deni-
q̄ꝫ gēs tam barbara que lu-
ne regine scilicet celi. diui-
nos non exhibeat honores.
Ad hunc ergo sermonem ꝓ
go respondens ait tyrrāno.
Totam in errore vestraꝫ di
sputatiōem ex hoc esse patꝫ.
q̄ his de quibꝫ sermo est et
ceteris elementis diuinita
tis nomē inaniter attribui-
tis. quoniā nec illis preesse
cōuenit. sed nec inesse eis di
uinitatem affirmamus. q̄r
alterius adiuuamie diuini
tas sola nō indiget. ſꝫ vna
sola simplex atq̄ꝫ pfecta cō-
sistit. q̄r incorporeus et in-
uisibilis et incorruptibilis
deus ipe est. ad cuius nutū
hec ipsa mundi elemēta ve-
lut factori suo famulantia.
impositis eis officijs s'bser
uire cōspicimus. z p meri-
tis hominū dei iudicio. vel
vitales mortalibꝫ: aut cor-
ruptrices auras ingerunt.
Nullām igit' talibꝫ diuini-
tatis essentiam cōstat inesse
quibus officij naturaliter
obseruantia nō ex ꝓprio ar-
bitrio sed ex creantis pēdet
imperio. Aspice nunc cursū
solis luneq̄ꝫ discursus. am-
bo quotidie p vicissitudies

tempoꝝ. vel ortum vel occasum petunt. Sol nempe fuguentu noctis diem perdit. quem tamen non sempꝫ illuminat. dum nubiũ obiectu includitur excluditur quoqꝫ. Luna sui patitur detrimentum ꝛ plenitudinez luminis sub constitutione creatoris. aut perdit aut recipit. Varios cursus sideꝝ lapsusqꝫ ibidem cõsiderare licet. Accessum quoqꝫ maris ꝛ recessum. quod alternantibꝫ motibꝰ aut sereno aere quiescit. aut tempestate turbat. Terra infusa imbribꝫ mollitur. eadem autez aut gelu constringitur. aut calore siccatur. q̃ ꝛ ad aspectum dei eam metuentis cõtremiscit: ac si impio dei subditam se motu ipo fateretur. Ipm quoqꝫ aerem ꝑniciosior alitus sempꝫ corrumpit. ꝛ dum ingrauauerit efficit eundem pestilentem. Vincũtur ad deum fusis precibꝫ pluuie: et prolixa sursum serenitas supplicatiõe mutatur. Aduerte igit̃ qualiter cuncta hec elementa aut imperio seruiũt rationabili. aut in vsus hoium necessarios ex gratia conditoris vertuntur. Hec sunt que pro deo venerãtes adoratis. nec intelligitis quoniam creatori omnium cõtumeliam facitis. ꝛ ad vestraz nisi conuersi fueritis eternam damnationem iniuriaz illi infertis. qui vnꝰ ꝛ incõmutabilis deus. ꝛ in se permanens stabilis. nunq̃ꝫ desinit esse. q̇ deniqꝫ eternus est. cuius sempiterna diuitas potẽter oia mutat. nec mutatur. Quod si ita est ymmo quia ita est. falso errore dij dicuntur sol ꝛ luna. et alia demonia. ꝛ error huiusmodi imprompto est. Desine igitur imperator talia predicare. que nulla valent ratione probari.

Capitulũ duodecimum

De commendatione Responsionis virginis katherine a Maxentio facta. ꝛ quomõ clam misit

Capitulum XII

ꝑ sapientibꝫ ↄtra sanctam katherinam. quam detineri fecit ⁊ blande cepit affari eā dem. necnō de prudenti re- sponsione beate katherine. maxime ꝑ auctoritates sa- cre scripture contra simula cra gentium.

STupēs aūt impator in verbis puelle. ait Quantum ex verbis tuis aduerti phas ē Si nostroꝝ philosophoꝝ gra a primis annis erudien da ꝑsedisses. nullo inferior in doctrina patuisses. ⁊ deo rum nostroꝝ numīa diuini tatis honore vacua. nequa q̄ꝫ astrueres. Dū ergo nos incepta sacra oblata ꝑegeri mus. iterū d̄ his nos experi ri oportebit: q2 tu nobiscuꝫ itura es ad palaciū. ⁊ regijs honorāda muneribꝫ. si nr̄is acqeueris iussiōibus. Hec dicēs accersito clanculo nū cio. misit lr̄as annulo regio signatas. ꝑ infra iacētes si- bi ꝑuincias. ad oēs retho res ⁊ grāmaticos ⁊ quibꝫ in doctrina fama celebrior in- erat: ⁊ qui famosū nomē ac quisierāt. vt hi ad p̄torium alexandrinoꝝ sine recusati one accurrerēt. eo studiosi⁹ quo oēs ipos impator al- tis honoribꝫ donandos ꝑ- mitteret. ⁊ inter primos pal lacij sui locandos si hāc cō cionatricē temerariam. su- is assertionibꝫ supatam red diderit. ⁊ hūc impatori op- tatum reportauerūt trium phum. q̄tenus quas plas- phemias dijs magnis ero- gauerat. in suū caput refu- sas agnoscat. quia rationa- bilis ordo exigit. Ut primū arte oratoria qua se iactan- ter attollit subuincat. post- modū vero si dijs ymmola re detractauerit. penali cru- ciatu intereat. Paruit ergo nuncius regijs mandatis. At expletis sacrilegis offi- cijs. impator virginē iubet cōphendi: ⁊ ad pallatiuꝫ duci. Quam blādo sermo- ne primuꝫ cepit affari. No- men inquiēs tuū ⁊ genus: ⁊ quos in studijs liberalibꝫ magistros habuisti. penit⁹ ignoro. sed speciosa facies tua ⁊ decora: alto sanguine te p̄stat esse genitam. et lo

quela tua in laudem refun derent magistroꝝ tuoꝝ nisi tm̄ in hoc vno nō oberrasses: q̄ dijs oīpotētib⁹ derogando ꝯtumeliosa ꝑsistis. Respōdens autē puella dixit tyrāno. Si nomē q̄ris katherina dicor si gēn⁹. constiti quondā regis filia sum. si doctores. non ignobiles quantū ad inanem gloriaȝ mundi habui. Sed q2 nihil mihi cōducibile ad beatam vitā cōtulerunt. ideo tota hec memoria eoꝝ silescat. Postq̄ꝫ.n.mihi sanctioris doctrine lumē emicuit. mox tenebrosam errātis doctrine noctem deserui. Audiui.n. btām vocē euāgelij domī mei ih̄u xp̄i.cui me sponsam ꝛ ancillā federe stabili deuoui.cuius numen inspiratus multo an̄ tempe. vt ex voce ipsius.ꝑpheta clamauit dicens.perdam sapientiam sapientiū. ꝛ intellectum intelligentiū reprobabo: Audiui deniq̄ꝫ illud ꝓpheticum. Deus autem noster in celo. omia q̄cunq̄ꝫ voluit fecit. simulacra aūt gentium argentū ꝛ aurum opa manuū hoīuȝ. Os habent ꝛ non loquent̄ oculos habent ꝛ non videbunt. Aures habent ꝛ non audient.nares habent ꝛ nō odorabunt. Manus habēt ꝛ non palpabūt. pedes habeut ꝛ non ambulabunt. ꝛ non clamabunt in gutture suo: Similes illis fiant q̄ faciūt ea. ꝛ omnes qui confidunt in eis. Et alibi scriptum est. Oīs ꝛ ij gentiū demonia:dn̄s aūt celos fecit. Alioquin tu qui manu hoīs formatos.deos omnipotētes asseris.quos corpore prostratus ꝛ vultu humili adoras.postq̄ꝫ mihi de cultura eoruȝ ꝑsuades.certum expimentum potentie ipsorum ostendere debes. Dum enī sculptura artificis expoliti.aut arte mechanica ex creata massa in speciem hoīs forment̄. aut ī ligno aut lapide velut sensu vigentia mēbra sculpantur.restat vt ora eorum loquantur.ꝛ oculi videant:ꝛ manus palpent ꝛ cetera mēbra officium suuȝ naturale similiter pagant. Sin aūt vana plane religio ymmo īsania est. talib⁹ diuine po-

tentie honorem ascribere. q̄ nec cultoribꝫ suis beneficia vlla prestare: nec offensi se vindicare possunt. hoc certum est. quia nec se esse sciunt. dum materia insensibilis existant. In quacūqꝫ .n. similitudīe inserueris. nec forme gaudēt nitore nec vilem monstruose rei ymaginem exhorrent. quī potius tantum est illis in templo marmoreo residere. quantū in immūdis cloacis iacere O venerabiles dīj quibus nec honor impensus facit beniuolentiā. nec contemptus parit offensionem. O felices talium simulachrorum cultores. quibꝫ inuocatis in necessitate non assūt in tribulatione ⁊ in periculis eos non defendunt. Et hic aduerte tu prudens lector. q̄ cum maxentius audisset eam primo nominatam. tam in accusatiōe supradicta. facta de beata katherina a baronibꝫ suis. q̄ꝫ etiam in nominatione ipius celebris fame. nunq̄ꝫ tamen nisi modo in facie viderat eam. ⁊ idcirco audiens eam primo loqui petit ab illa que esset: ⁊ quo nomine appellaretur Sed audito q̄ katherina vocaret. et q̄ filia fuit regis Costi. tūc non amplius petit de conditionibꝫ suis. quoniā iam notum erat ei per multas relationes. de fama immense bonitatis katherine ac nobilissimi generis sui. quod quidem genus bene ī notuerat ipi tyranno.

Capitulum tredecimum:

De aduentu ad alexādriam quinquaginta sapientum. pro quibꝫ miserat imperator. Et de derisu eorum contra imperatorem. quia tam vili de causa eos vocauerat. Et de recōmendatione sui in oratiōe quam fecit beata Katherina. Et de sancto mihaele ei apparente: ⁊ eam confortāte ac victoriam promittente.



Sedulus interea nuncius pergēs a prouincie finibus Alexandriam reuertitur, ducēs secū quinq̄ginta viros, q̄ se in omni doctrina egyptiorum et artium liberalium, ymmo et in omni sapientia mundi excellere se vltra omnes homines mortales asseruerunt. His igitur introductis imperator sciscitari cepit de doctrina et sapientia eorum. Illi vero multa econtra referunt. et q̄ inter vniuersos orientales oratorie facunditatis et sapientie artem et arcem tenerent. Sed tu inquiunt impator nobis habes aperire qua de causa e nostris edibus euocatos, huc venire voluisti. si magnum aliquid aut diuinum est, qd̄ per nos tibi queras exponi Ast inquit imperator pe-

nes nos iuuenis q̇dē etate puella. sed verborū affluentia ⁊ sensu vt nobis videt̄ incompabiliter astuta. que viros disputando reddit victos ⁊ elingues. sed qđ maius est. ⁊ qđ nos vrget amplius. q: immortalium deorum nostrorum culturam inanem esse nō solum asserit. sed ⁊ insup vana simulacra demonū affirmat. Poterā sane hanc vi regia ad sacrificandum impellere. aut penalib9 tormentis extinguere: sed melius nobis esse videbatur. vestris eam argumentis inclusam confutare. ⁊ ad viā veritatis inflectere. Quib9 si obstinatius restiterit eam exq̇sitis tormentis faciā interire. Uos aūt si hanc supare pualueritis. altis vos muneribus donatos. ad pria remittā. Aut si id potius eligitis internis cōsilijs meis vos p cipuos interesse concedam. Ad hec verba imperatoris vnus eorum vehemēter indignatus stomachante voce respondit. O magnum imperatoris consilium. O merito predigna sententia imperatoris. qui ob degenerem vnius puelle scientiā: tot philosophos inuitasti: tui satis fuisset vnū ex clientib9 nostris aduersū omnes occidentales philosophos pductum disputare. ne dum tot sapientes vni9 causa puelle decebat vexari. Sed cito quecunq; sit producat̄ in p̄sentiam nostrā. de qua dicis puella. vt cognoscat se nunq; audisse p̄ter hodie sapientē. Seruabatur interea virgo sancta in custodia sola. cum quinquaginta magistris pugnatura: cui nūcius ad carcerē in quo seruabatur superuenit. docens eam de consilio regis ⁊ de conflictu in crastinum constituto. Nihil tamē ex his famula xpi turbabatur. sed imperterrita. militie sue agonem domino commendabat dicēs O sapientia ⁊ dei virt9 altissimi ihu bone q̄ tuos milites ne īter p̄ssuras mūdi formidare debuissent. ⁊ neminis aduersantiū turbarent̄. tu eos confortare dignatus es dicens. Dū steteritis ante reges ⁊ presides

nolite cogitare. quomõ aut quid loquamini. ego enim dabo vobis os ꝛ sapientiã. cui non poterunt resistere. ꝛ contradicere omnes aduersarij vestri. Adesto ergo mihi famule tue ꝛ da sermonem rectũ ꝛ benesonantem in os meũ. vt hi qui ad derogandum nomini tuo sancto venerũt. non ꝑualeant aduersũ me. sed verbi tui ꝟtute consternati. ebetatisq; sensib9 eoꝝ penitus obmutescant. aut cõuersi tuo nomini dent honorẽ ꝛ gloriaꝫ. qui solus cũ deo patre ꝛ spiritusancto es ꝛ eris gloriosus deus in secula seculoꝝ Amen. Nondũ quippe hec verba ipa cõpleuerat. ꝛ ecce angelus domi apparuit illi cuius claritate loc9 quo virgo clausa tenebat̃ mira choruscatiõe fulgebat. Ex qua virgo stupore ꝛ miratione pene defecerat. Cui angelus. ne paueas ĩquit grata deo puella. sed cõstanter age. q̃a tecum est dñs. pro cui9 amore certamẽ inisti. Ipsi enĩ affluẽtis ꝟbi impetui. nõ ꝑualebũt aduersarij tui. ſ3 nouo genere stuporis ɔfusi ɔuertent̃ ad xp̄m ꝛ cũ palma martyrij ĩtra vite ianuã recepti multos alios ad fidẽ dei suo corroborabũt exẽplo. Tu aũt breui tp̄e cursũ certaminis tui victoriosissima morte ɔsumabis. ꝛ sic intra choreas ꝟgineas suscepta. tuo ĩmortali sponso ꝑhẽniter adherebis. Nã ego sũ michael archangelus testamẽti dei. missus a deo hec tibi annunciare. His dictis ɔtinuo discessit ab ea. Ad hãc ꝟo vocem ꝟgo dei in agonia roborata expectat qñ ipsa inuitet̃ ad laborẽ certaminis.

Capitulũ xiiii.

Q̃o scꝫ corã imꝑatore cõuenerũt ad disputãdũ. primo btã katherina ꝛ ꝑdicti sapientes. ꝛ de disputatiõe ipsi9 ꝓ fide catholica ɔtra ydola ꝛ q̃nq̃gita rethoꝝ ɔtra sanctã ydola eoꝝ ꝑsequẽtẽ. ꝛ de altercatiõe ambaꝝ ꝑtiũ tandẽ de respõsiõe vera btẽ katherĩe. ꝑ argumẽta multa ꝓbabilia ɔtra oratorẽ. cui responsioni ille ꝛ alij sui socij oẽs ɔtradicere nescierunt. Vñ turbatus imꝑator eos obiurgauit minando eis.

Capitulum XII

Et de mira reſponſiõe vniꝰ de quinquaginta magiſtris ad impatorem. fatẽdo xp̄m deum verũ eſſe,



SEdens itaqꝫ pro tribunali ĩpator memoratos oratores adeſſe iubet. puellã quoqꝫ ibidem ad p̄torium iubꝫ adduci. Illa triũphale crucis ſignum ſibi imprimens Impterrita vadit ad palatium. Fit deniqꝫ ex ciuitate omniũ curſus ad audiẽdum cõtrouerſias diſputãtium. Stãt ex aduerſo oratores pomposo eloquentie faſtu tumentes; Stat quoqꝫ puella Katherina confidens in domino. Illi q̃dez toruo vultu imbecillẽ etatem intuebantur. Iſta enĩz tacita de celo auxilium poſtulabat. Stomachatuſqꝫ eſt tyrannus eo ꝙ dies ingrato conſumitur ſilentio.

Qui puella. tu inquit impe
rator pugnam illā nō equo
iudicio preordinasti q̄a cō-
tra vnam puellā q̄nquagi-
ta oratores opponis. quos
etiam muneribꝫ regalibus
in premiū victorie donan-
dos ꝓmittis. me aūt nullū
donum expectare iubes.
Ego vero huiꝰ certaminis
qualicunq̄ꝫ p̄mio fraudari
non timeo. Erit enim mi-
hi p̄mium in cuius nomīe
pugnatura campū istuꝫ ag-
gredior. xp̄us dominus me
us qui est spes ⁊ corona cer
tantium. Vnū tamē a te q̄
ro qꝺ mihi iure negare non
potes. vt si mihi sors victo
riam contulerit. deum meū
tunc credulus adorare nō
differas. Indignatus ad
hec tyrannus. non est tuuꝫ
inquit nobis conditionem
imponere. Tunc puella ad
orathores conuersa dixit.
Postq̄ꝫ vos magistri. pre-
miis citati huc ad disputā-
dum contra me cōuenistis.
seniores ⁊ hic confluentem
turbam ad audiendum spe
ctare videtis. turpe est pro
fessionis vestre laudem et
coronam tacendo amittere.
Si quis est in vobis aut
ethica eloquētia ꝓdicꝰ. aut
latina oratione imbutus ꝓ
ferat in medium. quod ani
mo cōcepit. Tunc dixerūt
magistri. te potius primuꝫ
audire debemus. cuiꝰ cau-
sa tam laboriosū iter aggre
di compulsi sumꝰ. Ego ꝟo
inquit puella. postq̄ꝫ depo-
sito gentilitatis errore. chri
sti sacramentis iniciata sū.
robustas et fuco verborum
plenas dictiōes. quibꝫ vos
fultos ad instantem pugnā
video occurrere. has inq̄ꝫ
dictiones penitus abieci. ⁊
philosophicas homeri dis-
sertiones. aristotelis circū-
plectentes silogismos. escu
lapii quoq̄ꝫ ⁊ galieni saga-
cissimas latentium rerum
inuentiones. sed ⁊ philoso-
phiam platonis ceterorūq̄ꝫ
famosa veterum volumina
reꝓbaui. Et q̄uis his adeo
informata sim. vt nulluꝫ in
his similem reperissem. ta-
men quia hec sunt a vera
btitudīe aliena. his quoq̄ꝫ
penitꝰ abrenūciās. iudico
me nihil aliꝺ scire. nisi hūc
q̄ est ꝟa sciētia ⁊ celestium
btitudo sēpiterna. dn̄m scꝫ

ihm xpm saluatorē meum. qui dixit p pphām. Sapiē tiā pdam sapientū. z intellectū intelligentiū repbabo: Hic est q̄ in p̄teritis generatiōib; viam z disciplinaz iusticie p̄ceptis salutarib; p̄monstrauit. p que cultores suos ad immortalis vite p̄mia icitauit. qui genus humanū p dyabolū a paradisi regno dolens exclusuz: his nouissimis tpibus cū esset inuisibilis: de virgine carnem assumpsit. p quā visibilis appareret. z p̄sentiam suā nobis exhibuit. ex qua z mirabilib; opum signis z nature passibilis expimentis: nobis q̄a deus z homo esset ver⁹ apparuit: Hic est deus noster. hic est philosophia mea. Hic est victoria mea. In hui⁹ noīe si quā ingruūt aduersantia cūcta superabo. Qui facile est. et in paucis z in multis saluos facere credentes. At dū hec virgo v̄ba cōpleuerat. tunc vnus furiali spū in risuz exaltatus totam regalē aulaz et basilicam cū blasphemia repleuit dicēs. O ciues romāi impij z alta nobilitas. vsq3quo hec stulta xpianorū supstitio iiurias dijs nostris irrogabit. Nimirū ingrati deoruz beneficijs vtimur. si friuola hui⁹ puelle deliramenta impunita p̄tereant. Et nos sane sperabamus ab ea in fine ardui aliquid audire. postq̄ tāte sapientie estimata est. p qua romāe altitudīs patritius. sapiētes mūdi sibi accersiri voluit. At ecce principium suū fecit de quodā ihu quē xpianoꝝ fabule deū suum esse testant. qui quondam a discipulo suo traditus et morti adiudicatus. nec in ipso mortis piculo sibi ipsi pdesse potuit. Hūc discipuli sui nocturna fraude de sepulchro sublatū. mētiti sūt post triduanā sepulturā triumphata morte surrexisse. z ad cumulū ficmentoꝝ suorū in celū ascendisse eundez testificati sūt. Ad hec virgo respondit. Ego principium orōnis mee iure ab ipo cepi qui est verū omniū reruz initiū. fons z origo omniū bonoꝝ. p quez deus pr̄ hāc inexplicabilē mūdi formaz cū nō esset ɔdidit. qui sane

omia z me a te inter omia creauit; z vt multa paucis concludam. ipe est ex quo omia visibilia z inuisibilia cōstant; Cui rethor. Si de us inquit vt asseris dei fili us erat. quomō mori poterat. Si homo fuit. quomō mortē fugare potuit. Hoc plane est ꝯtra totius mudi ratione. z ꝯtra legem natu re esse ꝯstat. vt immortalis mori possit. z legem mortis vincere queat mortalis. cū vtiqꝫ et si aliquomō conce dat vt deus z hō debeat ꝑdicari. certum sit tamē alter utrū fieri posse. simul vtꝛ qꝫ esse nō posse; Cui virgo respondit. Uestre vt video ꝯtrouersie hec subtilitas ē: vt in eo ꝙ credere non vul tis. recepta pte vna. qđ integrum est subruatis. videlicet vt cuz deus sit; homo esse non possit. tanqꝫ omni potēti deo hoc impossibile esse ꝯstet; vt qui potēter de nihilo omia z homiem inter omia creauit ex nihilo; ꝙ idem deus substātiuam homis formā nō posset induere ꝑ quā inuisibilis videri. z ipassibilis mori potuisset. Tu ꝟo si rei veritatē scire poptas depone false sapiētie supciliuz. z assume formā discipuli. vt cum ex reb9 inenarrabilē dei potentiam agnoueris. vel tūc credulus factus. non dero ges in eo homīs nature. ꝙ volūtarius assumpsit infirmatam. Nam cū in re omi inestimabiles sint diuicie dei. maxime ī honore; appro bādo sui nomis ꝓuocandis ad fidem homīb9 maiestas vera ostendit. vbi ꝟtus impiosa mortuis vitaz infudit. z cecis lumen restituit. Cui9 nimirū singulariter est admirāda deitatis potentia; qz nō magicis carminib9. sed sola sua diuina potestate mortuoꝝ spūs reuocat ad corpa; cui9 potēti virtute claudis gressus red ditur. leprosiqꝫ mūdantur. Que si ab eo gesta non credis fieri in homīb9; z hoc ī nomine eius crede ꝙ signa ab homīb9 in noīe ei9 multotiens sunt facta. z cognosce ꝙ si deus nō esset omnipotens. ꝙ ipe mortuis vitam dare nō posset. Sed z si hō nō fuisset. mori nō po

tuisset. Nã idem deus homo est: q̃ mortẽ in sua carne suscepit. et idem d̃s hõ ẽ. qui mortem sua virtute destruxit. Idem q̃ppe filius dei est. qui diuinitate mori nõ potuit. carne q̃ppe mortuus est quã mortalem deus immortalis suscepit. et ide cristus dei filius. carne mortuus surrexit. q̃ immortalitatem sue diuinitatis carne mortuus nõ amisit. Mors itaq̃ non xp̃m sz in se mortem xp̃s occidit. Non ergo iam inops fidei nostre ẽ aut egena defensio. vt in sui defensiõe externis innitat̃ testimoniis dũtaxat. Tu aũt si adhuc incredulus dubitas. audi immũdorum demoniorum sp̃us quibus diuinitatis nomẽ attribuitis. audi in q̃s sub huius vocabuli inuocatiõe cõterritos xp̃m deũ et dei filium nõ negare. ac velut reos cũ tormenta sentiunt questionũ. nõ qd placeat dicere. sz qd extorquẽt fateri. Igitur si fidei nostre crudelitati derogatis. diis saltem vestris credite. aut si vlterius pudor non est: negent certe homies quod demones ɔfitent̃. Sed forte dicis mihi. quia vana demonũ tormenta pro ratione. et volubilem immũdorum spirituũ sententiã. pro fidei nostre ponã experimento. Ego plane nõ vt xp̃s spirituũ immũdorum testimoniis indigeat hec intersero. sz quia inuita demoniorum ɔfessio. non leui estimatiõe pẽsanda est. quia nisi hi inuisibilibus cruciatibus astringerent̃. libere vtiq̃ p se facilius dicerent. q̃ semper ɔtra se mentirentur. Sed te miror formã totius prudentie p̃ferentẽ. christũ deũ esse non solũ dubitare. sed et mortis obprobrio maiestatẽ ipsius derogãdo obscurare. cuz tu ipse ɔnoscas vestrorum auctorum volumina testari eius diuinitatem. et crucẽ quã irridetis proferre. ex quibus interim tibi duorum profero exempla. Plato. n. quem doctissimũ ac sapientissimũ phibetis. cum de reuelãda christi maiestate loqueretur. his verbis etiam signum illius intimauit. futurum astruens deum ⁊ cuius signũ certum dandũ est et p̃dicandum. Sibille

pro inde diuina vt asseritis carmina. ꝓrietatem huius sancti nominis ꝑsonarunt cum dignitate diuine natu re. Hec eadem deũ postea vno versu crucẽq; signauit quã vos irridetis. erroneis q; disputatõib; eam refuta tis. ꝑdictum scȝ poema ita promens. Felix ille deus li gno qui pendet ab alto. Vi de exꝑssis quidem verbis. exꝑssam vtriusq; ꝯfessionẽ Ille futurũ designat. hec fe licem denotat. q: diuina ꝑ uidit in hoĩs fragilitate ꝟ tutem. ⁊ in eiusdem hoĩs morte victoriaȝ. Quos tñ non idcirco sequi cõuenit. q: his velut ꝑ somnũ verã sapientiã loqui aliquãdo ꝑ missum est. neq; vt gentili tas ex deo ꝑscientiam me ruisse videretur; ſ; vt xp̃m deum ac dei filiuȝ esse etiã vestri loquerent̃ auctores. Qui cum pene falsi sint in omnibus. in hoc tamen ꝓ babilius non errauerunt. Ecce tibi pauca. de multis protuli. ⁊ si te ad credenduȝ non alliciunt audita. et vi su probata: rerum miracu la. vel inuitam demonum animaduerte confessioneȝ: Q, si nec his dignum con sentire estimas. saltem tuis crede auctorib;. Nam non in hoc me iudicare habes. q immundoꝝ spirituum quos vos pro d͞ijs colitis. aut his vestrorum testimo n͞ijs auctorum vtor. pro ap probatiõe fidei xp̃iane cau sa huius .n. imꝓmpto est. Poteram equidem tibi ꝓ bare ex scriptura sacra que spiritu diuinitatis est con dita. poteram inq̃ tibi inte merata mille testimoniorũ ꝓferre signacula; sed est spe ciosa victoria aduersarium suum. telis suis veluti pro pr͞ijs laqueis interire. ⁊ au ctorum suoruȝ testimon͞ijs confutari. quia quorum fi dem aspernaris eorum testi monia non recipis. Acce me christi fide. munitaȝ d͞ij tui loquentem. si aures ha bent ad audiendum audi ant. ⁊ si possunt prohibeãt me ꝯtra eos loquẽtẽ ⁊ ꝓbã tẽ. aut tu certe ꝓ eis loque re. et ego respondebo tibi. Audiens hoc rethor respõ dit. Si predicta miracu la vt credi iubes. manens

in homie deus pfecit. nun/
quid suscipe deus penaz et
pati crucem debuit? aut p
pter quā causam alios eru/
it a morte. cum et ipe morte
non caruit. Vel certe quo/
mō alijs profuit. qui sibi p/
desse nō potuit: cuz in sua
liberatiōe etiam alijs libe/
ratiōis spem ptulisset. Ad
hec vba respōdit vgo btā.
Estimatio tua in hoc etiaz
fallit. dum in crucis affixi/
one: impassibilē deuz passi/
onem doloris et mortis su/
stinuisse arbitraris. Nō. n.
natura celestis crucis sen/
sit iniuriā. sz assūpte in deū
infirmitas carnis hec ptu/
lit Nam incōprehensibilis
et liber ab omi passiōe deus
nec pati potuit nec teneri.
sed quendā de dyabolo per
assumptū homiem egit tri/
umphū: cum in ligno natu
ram carnis imponēs. cū si
ne iniuria sui p homiez su/
perauit. q homiem cuz dei
iniuria egerat indelictum.
Homo ergo nō diuinitas
cruci affixus est: et q pecca/
uerat p lignū pfixus est in
ligno. Hec deo fuit assumē
di homiez pcipua ratio. vel

voluntas. vt peccatum ab
homie ptractū. p homiem
tolleretur. et ab illo fides re
surrectiōis incipet: quē pri
mū resurgere debuisse con
staret. Poterat equidez cū
esset deus p angelū quem/
libet. aut p aliquam celestē
virtutem. pstrato dyabolo
homiem eripe si voluisset.
sed omia cum ratiōe agens
deus. sic modum statuit vi
ctorie. vt q homiem subiu/
gauerat. p homiem et vince
retur. Hec et alia multa dū
beatissima virgo katherina
assereret. stupefact9 rethor
et cuncti oratores. et qd con
tra hec obicerēt nesciebant.
sed turbati et pfusi manife/
sta dei vtute. inuicem se cō
tuentes obmutuerūt. Qui
bus indignatus imperator
cum furore nimio sic ait.
Quid vos ignari et degene
res: ebetatis sensib9 sic ob/
mutescitis Sic ne vos de
bilitatis sensib9 et furorib9
virtus feminea pdomabit.
Nū satis sufluūq3 esse po
terat ad ignominiā omniū
philosophoꝝ. si quinqgene
aut eo amplius femie vnū
ex vobis verbis euicissent.

Nũc aũt o pudor quinq̃gi-
ta robustissimos oratores
ab extremis mũdi ptib⁹ ele
ctos. vna puella turbine v̾
borũ eousq̃ attonitos red-
didit. vt hi quid vl' que cõ-
tra eam dicant prorsus nõ
habeãt. De hinc vnus quẽ
sibi magistrum et ducem ce
teri fatebant̾ esse. tyrãno ita
respõdit. Hoc tibi vnũ im
perator dicam. vnde orien-
talium turba oratorum te-
stis nobis est constãtissima
q̄ vsq̃ in p̃senti auditorio
null⁹ se nobis ante hoc tẽ-
pus in verbis et mundi sa-
pientia ɔferre presumpsit.
Si aũt iactanter ɔferre se
nobis p̃sumpsisset. cõtinuo
victus et confusus abscessis
set. De puella vero ista lon
ge alia ratio est. in qua (vt
vera tibi loquar) non ani-
malis homo loquit̾ sed di-
uinus quidam spũs. qui sa
ne p os mortale sonãs. nos
in stuporem et ammiratiõez
adeo conuertit. vt ad iniu-
riam ipsius xp̄i de quo loq̃-
tur. aliquid dicere aut peni
tus nesciamus. aut omino
formedemus. Nam vt chri
sti nomen et diuinitatis ei⁹
potentiam; simulq̃ crucis
ipius misteriuz p̄dicare ab
ea audiuimus. cõcussa sũt
viscera. et corda nostra tre-
muerunt. et omẽs corporis
nostri sensus stupendo au-
fugerũt. Unde et te diuti⁹
o impator. fallere nolum⁹:
sed constanter fatemur. q̄r
nisi. illam sectam pbabilio
rib⁹ expimentis ventilataz
de his quoq̃ deos hucusq̃
coluim⁹. nobis ostenderis
esse veriorem. ecce om̄s cõ-
uertimur ad xp̄m. q̄r ip̄um
verum deũ et dei filium cõ
fitemur. p quem tãta mor-
talib⁹ homib⁹ beneficia pre
stant̾. que p virginem istaz
audiuimus recitata.

Capitulũ deci

mũquintum. De furore et
seuera sententia tyranni.
contra sanctos dei scz sapi-
entes. Et de confortatione
eorundem facta a beata ka
therina. etiam de religioso
ipsorum martyrio p incen-
dium ignis facto.

Capitulum XV



Audiēs hoc tyrann⁹: ꝑcipitibus furijs agitatus ac nimio furoꝛe succēsus accenso in medio ciuitatis igne vehementissimo iussit omnes quinquaginta magistros religatis manibus ꝛ pedibus. penaliƀ incendijs cruciari ꝛ concremari

Qui dum traherentur ad ignem. vnus eoꝛuꝫ ceteros hoꝛtabatur dicens. O socij ꝛ cōmilitones mei quid agimus? Postq̄ꝫ deus longos nostros miseratus erroꝛes. ad hanc suam gloriā vocare dignatus est. vt vel in fine sacre fidei priuilegio ꝛ sancti nominis sui cognitione nō fraudaremur. cur nō ꝓperamus ante vite exitum ipsius signaculo.

et sacri fontis lauacro ĩno/ uari. At cum hec diceret. rogabant vnanimiter pre/ ciosam virginem christi, vt lauacro salutifero pfunde/ rent. Quib9 ait electa ỽgo dei. Ne paueatis o fortissi/ mi milites christi: constan/ tes estote: ꝛ đ baptismo sol liciti ne sitis. Erit enim sa lutare baptismũ sanguinis vestri perfusio. ꝛ ignis iste cruciatorius flammeũ san/ cti spiritus ignẽ vobis mi nistrabit; et sic eos in fide plene instructos ac confor/ tatos dimisit in pace. His itaq3 peractis, assunt mini/ stri iniqui ex iussu impera/ toris, ꝛ ligatis manib9 ꝛ pe dib9, sanctos dei martyres medijs flammis trucib9 in gerũt. ꝛ sic inter estuantes flammas incendij dominũ confitentes felici martyrio coronati, ad dominum mi/ grauerunt. Tertiodecimo die mensis nouembris; In quib9 illud apparuit ĩsigne miraculum; vt indumenta ꝛ capilli capitum eorũ. nul lam ab igne lesionem susti nerent. vultus vero eorum rosei coloris decore emica/ bant, ita vt dormientes po tius q3 extincti putarent. Unde ꝛ viso hoc ĩsigni mi raculo. multi conuersi ad dominũ, crediderũt in do/ minũ. Horum corpa chri/ stiani rapientes noctu sepe lierũt ea.

Capitulũ sede

cimũ De fallaci arte tyran ni, qua per blandicias ꝛ p missiones fallere conabat. beatam katherinam. Et de responsione prudentissima ipsi9 virginis, licet deriso/ ria ꝛ confusibili, contra ini qua verba tyranni. Et de cõminatione ipsi9 p diuer/ sa martyria contra virginẽ Et de constante responsio ne beate katherine, ac spõ/ tanea ei9 volũtate ad mar/ tyrium pro christi nomine sustinendum.

Capitulum XVI



His ita. qꝫ geſtis. tyrã nus vidẽs ꝟ ginem ſanctã immutabiliter fidei tenere ꝯſtantiam. ⁊ nec minis nec terroribꝫ turbari. arte q̃dam ſubdola temptat animũ eius emollire. vt ad ꝓphana ſacrificia vel ꝓmiſſis ſaltem ſanctã valeat inclinare. Dixit itaqꝫ illi. O virgo generoſa. o digna imperiali purpura facies. nũc aduertat iuuenilis prudentia tua. quanto erga te dolore ſollicitor. eo q̄ immortalium deorum noſtrorum culturam non ſolum aſpernaris. ſed ⁊ ſpirituũ immũdorum in eis maleficia eſſe teſtificaris. quibus cultores ſuos fallẽdo decipiãt. ⁊ ſubtilibꝫ inſidiis deceptos ĩfernalibꝫ pẽis obnoxios faciãt. Vñ te ab hac temeraria rõe ⁊ latratiõe reſipiſci.

cõuenit. ne ꝛ ipi tanto magis iniuriã sibi illatã vlcisci incipiãt. q̃nto ipi paciẽtes adhuc. tibi meritos nõ inferũt cruciat⁹ Cõsule ergo iuuẽtuti tue o katherina. ꝛ sacrifica diis nr̃is. ꝛ eris secũda post reginã in palatio meo. ꝛ ad nutũ tuũ cuncta regni negotia spectabũt vt quos dignos honoꝛe iudicaueris. hi regiis ditent̃ honoꝛibꝫ. quos aũt ĩhonorabiles manere iusseris. illis sufficiat intra domoꝛuꝫ suaꝝ latibula vel manere ĩgloꝛios. Deniqꝫ ĩtra regnũ meũ adhibeas quos volueris. excludas quoqꝫ quos nolueris. In aulicũ misteriũ recipiant̃ quos recipis. abiiciant̃ quoqꝫ quos abiicis ꝛ recusas. In hoc vno tm̃ distet a te regina. qꝛ regio thoꝛo iũcta. legali mr̃imonio nõ fraudabit̃. Ceterũ tu impialibꝫ ꝯsiliis. tu ꝑuincialibꝫ edictis. pꝛinceps ꝛ moderatrix eris. Nec hoc solũ. sed et ego faciã tibi sceptifere ymaginis statuaꝫ in medio ciuitatis erigi. a cũctis ciuibꝫ salutandã. ꝛ ab oĩbꝫ venerandã. Reus maiestatis mee erit. q̃ insalutatam eã ꝑterierit. Nulli q̃ntũlibet noxio. venia negabit̃. q̃ se ad hãc statuã ꝓnioꝛ rogaturus inclinauerit. Postremo in quo enĩ te altius beare valeã. nisi intra deas templuꝫ tibi de ĩsigni marmoꝛe bene. polito erigã Hinc ꝟgo in risũ paululũ excitata. tyrãno ait. O me felicem tãto honoꝛis pꝛiuilegio. cui erigat̃ statua ab oĩbus salutãda atqꝫ veneranda. O me inq̃3 felicẽ si. vel hoc vnum merear. vt fiam aurea. Sꝫ nec ex toto infelix ero. si vel argenteam me esse ꝯtingat. Erit enĩ intra trapesitas ꝯtentio de estimatiõe ponderis ꝛ ꝑcii mei Q, siue id mihi foꝛtũa ꝑstiterit. siue si ita necesse fuerit. Ut quouis etiã ignobili metallo sim foꝛmata. aut certe expolita de nobili marmoꝛe: dũ salutationes a cõmeantibꝫ vel venerationẽ a cõmoꝛantibꝫ ĩueniã. Uerũ cetera liniamẽta statue mee. qualicũqꝫ metalli genere in foꝛmã cõueniant. hoc vnum a te impatoꝛ ssi ꝑbas est scire ꝑopto. Que

erit illa insignis materia alens. viuificans. atq̃ discernēs. ex qua oculi ad videndum. et aures ad audiendum. os et lingua ad loquendum. et cetera queq̃ informentur. que sensu vigentia salutationes hominū audiant. videant. et intelligant. Nam si hec defuerint. quid refert. mihi vel femiei vult⁹ decorem dari. vel an simee turpem ymaginem aptare? Sed dicis mihi. non erit ignobilis tua memoria. cū pretereuntes formam huiusmodi intuebūtur et dicēt. Hec est illa egregia katherina. que deum suum relinquens. hoc tam felici commertio vitam suam memori euo cōseruauit. O me tūc felicem. cum me inanib⁹ fabulis vulgi honorabit insania. Uerūtamen si fit hec inanis interim recordatio q̃tumlibet in honorem mei. dum regio metu p̄ssus. vulgus. hanc mihi venerationē exhibeat. aues tamē celi venientes et vndiq̃ aduolātes. sedem in me sibi vsurpabūt. et immūda digesti cadaueris pgluuie. faciē meā maculabūt. Quid interim aūt pueri facturi sunt. q̃ diuinū misterium cause. venerari nescientes huc simul egesturi conuenient? Aut quid canes cōminecturos in me. ego nūc cōmeōrē. O decus. o mihi expetendū apastasie merito priuilegium. p quo xp̄m relinquere et demonū cultib⁹ me iubet imperator inherere. Quid tu respondes ad hec imperator? An in dieb⁹ meis hec statua insignis erigeẗ. Erit ne mihi ex hac statua. vita iocūdior. etas pductior. aura salubrior. cēsus opulentior? Si aūt in morte resoluto corpe, hoc dec⁹ forme mihi katherine īstaurabiẗ. quero an mihi hoc prestare valeat. ne caro mea incorruptionē sentiat et libera a v̄mib⁹ serueẗ ad futuram resurrectionē? Que deniq̃ interea anime mee p hāc quā pmittis statuam. p̄stabitur btitudinis corona? An in secreta celi quadam regione seruabitur. cū sanctis icorruptibilia p̄mior munera pceptura. Desine ergo imperator. desine talia iam mi

hi ꝑsuadere. que sũt scelus
etiam cogitare. Stultuꝫ ē
valde te in hoc elaborare. ĩ
quo laboris tui nullum po
teris emolimentũ acq̃rere.
Christus me sibi sponsam.
federe indissolubili copula
uit. Ille gloria mea est. ille
gloriatio mea. ille amor me
us. ille dulcedo et dilectio
mea est. Huic semel dicataꝫ
non rerũ blandimēta. non
me exquisita tormenta ab
eius confessione. vnq̃ꝫ pote
rũt abstrahere. Tunc maxē
ius impator dixit. Consu⸗
lere quidem iuuentute tue
si acquieuisses virgo decre⸗
ueram. et decreta adimple⸗
re proposueram. ſꝫ quia nõ
solum obstinata mente ob⸗
latos honores. sed ⁊ salutē
et vitaꝫ paruipendere te vi
deo. ecce ego austerioris iu
dicij inibo consilium. vt sa
ne aut dijs nostris sacrifi⸗
ces. aut crudeli morte inte⸗
reas. Cui puella respondit
Cum ipe rex celorum deꝰ
⁊ dominus meus ihs xps.
pro me a dyabulo temptari
a iudeis cōphendi. et ab
iniquo iudice morti adiudi
cari non rennuerit. dignuꝫ
est vt ego ꝑ nomīe eius. nõ
solum penas. sed ⁊ si sic ne⸗
cesse est. etiaꝫ mortem susti⸗
neam. quia ipe se ꝑ me deo
patri sacrificiũ dedit. Hau
diuꝫ ergo mihi est vt ⁊ ego
me illi hostiam gratā offer⸗
re merear. Tu nũc gloria⸗
ris. ꝙ in me ⁊ in seruos dei
potestateꝫ habeas. Veniet
aũt tempus ⁊ ꝓpe est. ĩ quo
dyabolus in te suam pote⸗
statem exerceat. ⁊ penas q̃s
seruis christi ad tempꝰ tu
ingeris. in eternis tu cruci
atibꝫ recipies. Ego aũt tan
to me gratiosorem futuraꝫ
xpo esse confido. q̃nto pro
eius nomine momentanea
tormentorum maiora gene
ra sustineam. Tu nunc ini
quo iudicio me solam que⸗
ris perdere. fateor sane q̄a
non sola ad christum ꝓpe⸗
ro. Nam de hoc palatio
tuo numerosa turba iam
xpo ānumerata est. Hinc
tyrrannus ira ⁊ furore in⸗
ebriatus. a ministris bea⸗
tam virginem iubet com⸗
prehendi. ⁊ expoliatam scor
piõibꝫ cedi: de hic in obscu
ro carceris ergasculo claudi

Ubi cũ duceret̃ ꝯstãter tyrãno ait. Ego plane ꝑ eius noĩe flagellis cedi. ego tenebrosi carceris horrorẽ amplecti gaudeo. q̊ corpꝰ suuz ꝓ me dedit ad flagella. qui quoqꝫ mũdũ pugillo cõtinẽs. carceris angusti claustra nõ refugit. Tu mihi tenebras ingeris in obscuro carcere. certũ tamẽ tibi sit. qꝛ ꝑ has tenebras lux mihi ꝑpetua parat̃: tibi aũt tenebre eternales succedẽt cito. cum infortunata ⁊ impꝫuisa tui corporis nece.

Capitulum decimũseptimum.

De primo martyrio beate katherine ⁊ de confusibili responsione eius contra tyrannum. Et quomõ fuit posita ĩ obscuro carcere. in quo angeloꝝ visitatione ⁊ luminis illustratiõe ꝯfortata fuit.



Tunc iussu tyranni ministri eam vestibus exuentes, ferreis virgis corp⁹ eius tenerum lacerabant. Et dū verberando alij deficiebāt: alij statim succedebāt. Manet interim virgo katheria constans, ꝛ deum laudans in verberib⁹, et gratias deo agens. Sciscitabatur autē tyrannus, an si verberibus fracta, regijs mandatis velit esse obediens, vt tunc relaxaretur a pena. Sed virgo beata feriente robustior: imperante rege sublimior: sciscitanti constanter respōdit. O canis impudentissime, fac quecunqȝ iniquissima mens tua excogitare potest. Ego per penas illi me reddere habeo, qui me ꝑ penas redimere dignatus est. Talib⁹ cruciatib⁹ quādoqȝ vt spero me videbis cū sanctis in gloria, tu vero eternis deditus cruciatib⁹ dolebis tanta ꝛ talia in me et in alijs famulis dei preualuisse. Clauditur hinc ex iussu regis virgo regia in carcere tenebroso, fame et siti bissenis dieb⁹ cruciāda: sub p̄finito edicto, ne lumen celi videat, ꝛ ne aliud q̄ȝ tenebras horrendas respiciat. Sed nec in his xp̄s famulam suam deseruit. Assunt enim illi, angeli de celo cōfortantes eam: ꝛ inestimabili claritatis fulgore locū carceris irradiantes: adeo vt custodes qui a foris excubias obseruabant, pre timore nimio in stuporē mentis conuerterentur. Nullus tamen eorum tyranno qđ viderat dixit: aut referre p̄sumpsit pre sua feritate.

Capitulū decimumoctauū.

Quomodo imperatrix ꝛ miles porphirius militie princeps. Intrantes carcerem viderunt katherinam sedentem inter sanctos angelos in carcere. ꝛ quomodo eos in fide xp̄i informauit: ꝛ quomodo cōuersi sunt ad xp̄m. Similiter quomō porphirius cōuertit ducentos viros sibi subiectos ad fidē xp̄ianā.

Capitulum XVIII



Accidit autē interea vt maxentius pro causis instantibꝰ extrema regionis ꝯfinia adiret. Pernotuit īterim regie crudelissima viri sui sententia de beata katherina. qualiter scꝫ innocentem virginem ꝑ sapientes predictos tractasset. Et quomodo illi prudentissimis ex verbis puelle deuicti. ꝛ ad fidem christi ꝯuersi. gloriosa passione de mūdo migrassent. De quo facto vir eius īdignatus dū virgo dijs libamina offerre noluisset. diris cesā scorpiōibus sub arta custodia carceris iusserit r̄cludi. vbi ꝑ duodecim dies iuxta regis crudelis sententiam puella innocens nullo cibi alimento frueret̄. Audiēs aūt

regina ferale coniugis edi-
ctum. Quis gentili errore
teneretur, tamen animi in-
genuitate tenere etatis mi-
serat puellã. Fitq; anxia vi
dere faciem virginis, et ei col-
loqui affectat, sz ne id com-
pereat vir eius vehemẽter
formidat. Talia meditãdo
regina domũ solitaria iam
bulat. fit illi optato euentu
obuiam princeps militie q̃
dam. Porphirius nomine.
vir strennuus et serenus, et
q̃ntũ ad seculi dignitatem
consilio prudens, fide pm-
ptus et constans. amici secre-
tum intra claustra silentij
constantissime seruans. Hũc
ad se euocans impatrix an
gusta. aperit ei volũtatem
suam. simulq; postulat vt
amotis aut placatis custo-
dib9 carceris, visu et collo-
quio virginis potiretur.
Nam necesse est inquit. vt
tibi o porphiri ea q̃ me sol-
licitãt aperiam. Multa. n.
hac in nocte p visum passa
sum. quorũ ambigua reue-
latio. me adeo suspensã red-
dit. vt in quodcunq; horũ
exitus. siue in aduersum si
ue in prosperum vertatur
ignoro. eorũ tamen aliquez
eueutum mature mihi sup
uenturum certissime cogno
sco. Videbam sane hãc de
quã loquimur puellam, in
tra septa domicilij sedentez
inestimabili claritate circũ
fultam. et viros dealbatos
circumsedentes. quorũ vul
tus inspicere pre claritate
non poteram. Illa autem
me intuens iubet propi-
us accedere et de manu vni
us eorum qui assistebãt co-
ronam auream accipiens.
capiti meo ĩponebat dicẽs
mihi hec verba. Ecce tibi
impatrix corona e celo mit
titur. a domino meo ihesu
christo. Qua ex visione su
spensa. nec somnum capere
nec ore vnius momento q̃e
scere possum. ita cor tremu
lum me ad videndum vir-
ginem exagitat. Per te er-
go mihi viam ad puellam
eundi. et videndi faculta-
tem dari precor o porphiri.
Cui porphirius respondit
Tuum est domina angu-
sta imperare quod vis. me-
um vere est perficere que

iubes. ꝛ hoc animo ꝯstanti. Vñ ꝛ me ad hoc promptuꝫ inuenies famulū. licet imperatoris iram sciā pro certo nō me posse vitare. si reꝫ sciuerit. Nam de puella de qua loqueris crudeliter ab imꝑatore actū ꝯstat. quia ꝛ ego interfui qñ ab extremis finibꝫ regiōis sapientes cōuocatos disputare ꝯstituit aduersus puellam. Sed et ꝓmissis muneribꝫ si victaꝫ redderent vehemēter incitauit. Illi aūt aduersus eā stare. nec vna hora ꝑualuerūt. sed illico ꝯuersi. deum hūc quem puella ꝑdicabat publice fatebanṫ. vñ ꝛ indignatus imꝑator oīs ignibus tradi imꝑauit. In q̇bꝫ illud insigne miraculū contigisse vidi ꝛ ego. ꝙ in his oībꝫ nec in capillis nec ī vestimentis eoꝝ vlla lesio ignis apparuit. Qua ex re fateor o regina. ex illa die sic verba illius. quibꝫ ip̄a deos nostros exprobrauit. sic inq̄ꝫ cor meū conturbando sollicitauit. vt quicq̇d dijs exhibebamus. totuꝫ friuolum deputem ꝛ inane. Vñ nisi lex nostra xp̄ianorū sectam penitus abhorruisset facile q̇s poterat me ad cultuꝫ xp̄i impellere. Sꝫ quoniam tu oportune vtputo ꝯsiliū meū ꝑueniendo cōmones. quid aliud restat. nisi vt custodes carceris ad voluntatē nostram inflectamus mercede. vt et ipsi hoc ip̄um celare studeant. Nec mora porphiri⁹ princeps ad ꝯsensum eoꝝ custodes emolliuit. Igiṫ prima vigilia noctis regina ꝛ porphirius ꝓcedūt ad carcerē. At introeuntes viderūt eā inestimabili claritate vndiq̄ꝫ choruscare. ex cuius fulgore ꝑterriti. corruerunt in terram. Mox inestimabilis odor suauitatis naribꝫ eoꝝ infusus. ad spem meliorem eos ꝯfortauit. Surgite inquit virgo egregia ꝛ ne paueatis. q̇a ꝛ vos xp̄s vocat ad palmā. Surgentes aūt ꝯtemplati sūt puellam sedentē. ꝛ angelos dei plagas ꝛ carnis scissuras aromatico vngento circumfouentes. quibꝫ caro. ꝛ cutis sup̄ficies inadmirabilē vertebatur decorem. Viderūt etiam ꝛ seniores circūsedē-

tes quoꝝ vultus inedicibili lucis candore emicabant. Horuz ab vno qui astabat xp̄i virgo coronam accepit velut aureo colore rutilantem. ⁊ regine capiti imposuit. Dixitqꝫ circūsedentibꝫ senioribꝫ qui erāt spūs celestes. Hec est illa dn̄i mei ꝺ qua postulauerā regia. quā militie ⁊ corone nr̄e a deo ꝯsortem fieri mihi depoposcerā. Sed ⁊ hūc q̄ assistit militē in nostre sortis nūerum ascribi volumus. Ad hec illi inquiūt o preciosa xp̄i margarita. sup his. preces tuas ille suscepit. p cuiꝰ amore et honore flagella et carceris horrorem ferre nō timuisti. Sed ⁊ eterno munere ab ip̄o tibi collatū esse constat. vt p q̄buscūqꝫ maiestatez ip̄ius interpellaueris: impetratū votū tuū reportabis. Nos aūt qui visitatiōis gratia tibi assistunt scito inter primitias laborū tuoꝝ iam ascriptos. quos triumphali passiōe an̄ te celica regna excipient coronatos. Vox vero militie tue agone pacto. te ille imortalis sponsus tuus intra vite ianuā eterne. suscipiet. vbi tibi modulis dulcibꝫ indesinenter celica organa resonabūt. vbi ⁊ clarissima virginū turba inter lilia roseis floribꝫ vernātia sequuntur agnū quocunqꝫ ierit. His dictis beata ṽgo katheria. reginā ꝯsolatori cepit dicēs Iam o regina forti esto aīo quia post hoc triduū itura es ad deū. Ne ergo momentanea tormētoꝝ genera formides. q̄a nō sūt condigne passiōis huiꝰ cp̄is ad futuram ⁊ interminabilē gloriā que talibꝫ p̄parāt a xp̄o. et q̄ p xp̄o penis passis mercatur. Ne ergo verearis inquā regis tpalis: aut mortalis sponsi minas vel penas qui hodie in sua supbit potentia. ⁊ cras putredo futurus est ⁊ vermis. Ne verearis inquā eius consortium aspernari. p rege eterno ⁊ īmortali sponso scꝫ dn̄o nr̄o ihu xp̄o. qui p caducis honoribꝫ donat eterna p̄mia: et pro trāsitoriis bonis largit̄ gaudia sine fine mansura. Ad hec verba ṽginis beate: porphirius q̄ prime cohortis p̄fecturaz agebat. et

magnis rerum possessionibus pollebat: cepit rogãdo virgini insistere. q̃nam illa essent premia que xp̃us militibus suis ꝓ damnis temporalibus recompensabit. Cui virgo. audi inq̃t o porphiri ꝛ animaduerte. qꝛ hominem mortalem q̄tuis sit potens. quãlibet diues aut incolumis. nulla tamẽ vnq̄ꝫ tanta vigilantia tãtaq̄ꝫ circũspectio eum ꝑmunire valet cuiuscunq̄ꝫ etiã conditionis quin in suo statu immutet᷑. Intuere diligentius quã breuis est vita hominis. Ipe deniq̄ꝫ rerum diuitie quantũlibet longo tempore in magno labore quesite. quam celeri lapsu effluunt. Quid enĩ forenses q̃rimonie aliud clamãt. nisi reꝝ p̃rimonia sublata? Aiaduerte an ipse vrbes eiusdem dignitatis statũ adhuc retineant. quo prio tp̄e fundate ꝯstiterãt. Q, si ita ẽ ymmo qꝛ ita ẽ. nũc in aduersum mẽtis defige intuitum. At q̄a interrogando sciscitaris que sint ꝛ quãta illa premia que suis xp̄s ꝓ transitorijs rependit: sic accipe. Porro si hec que sunt sub celo. sunt tam fluxa atq̄ꝫ fugitiua aliquo modo forent expetenda. cur nõ multomagis q̃ super celos sunt firma ꝛ stabilia: humanas mentes nõ oblectarent: presertim cũ illa scꝫ tp̄alia nec ad votũ possint retineri. et ista semel accepta nõ possũt amitti. Mundus iste velut carcer tenebrosus est. ĩ quo nullus ita nascit᷑ vt nõ moriatur. Illa aũt sup̄na p̄ria pro qua fit mũdi cõtempt⁹ velut ciuitas est. q̃ sole nũquã indiget. vbi nulla turbat aduersitas. nulla necessitas ãgustat. molestia nulla inquietat: sed perhennis gloria. iocunditas ꝛ leticia eterna. felicitasq̄ꝫ in ea regnat sempiterna. Si queris q̄d ibi sit. vbi tanta gloria ac talis beatitudo consistit aliter dici non potest. nisi quicquid boni est. ibidem est. ꝛ quicquid mali est. nusquaꝫ ibi est. Quod inquis bonum illud est? Dico tale est. quod oculus non vidit. nec auris audiuit. nec in cor hominis ascẽdit que preparauit deus diligenti-

bus se Ad hanc felicitatem quidam diuicijs constipatus anhelabat dicens. Usqquo deus in hoc squalentis mundi puluere me retines? Usqquo sicientem ad te spiritum inter carnis ergasculum retines? Usque quo prolōgatur incolatus meus? Hec est illa desiderabilis patria: vbi non est luctus neqꝫ clamor: neqꝫ dolor. sed absterget deus omnem lacrimā ab oculis sanctorum. De qua dicit vnꝰ propheta ex suis. Saciabor cum apparuerit gloria tua. Parua quidem sunt q̄ dico tibi. sed rerum experientia senties. ea si fidelis vsqꝫ in finem pseueraueris.

Capitulū. XIX

quomodo imperatrix ꝛ porphirius parati ad martyrium procedunt de carcere.

Et quomodo porphirius conuertit plusqꝫ ducentos milites suos ad fidem christi. Et quomodo christus venit ad beatam katherinam: consolans eam. Et quomodo rex p̄sentari sibi iussit puellam. et videns eam tam pulcram. quam tamen fame iam quasi perisse credebat. furore repletus carceris custodes perdere volebat. quos et katherina excusauit vt inoxios. Et quomodo impator iterato sancte ꝟgini persuasit iniqua. Et de pulcherrima ipsius responsione ad illum. predicendo eidem mortis vindictam. quam deus per christianum facturus erat de ipō Et quomodo de respōsione sancte. furiosus tyrannus turbatus est: et ad circumstantes ministros mādauit virginem supplicijs deficere ꝛ perire.

Capitulum xix



Iam leti de celestiū ciuium visiōe presenti. ⁊ btē virginis ꝯsolatione. regia ⁊ porphirius procedunt de carcere: pati ad oia q̄ tortor insanus poterit inferre ꝑ xp̄i noīe sustinēda. Fit q̄stio a militibus quo in loco porphiri⁹ cū regina ꝑnoctasset. Quibus ipe ait. Quo ego loco pernoctaui vos ne q̄sieritis: Atenim summū et vtile vobis bonū erit, si cōsilijs meis acquieueritis. Quod mihi contigit. non terrenis sed diuinis excubijs me inuigilasse scitote: quibus mihi vite veritas reuelata est. ⁊ vera deitatis cognitio reserata. Quo circa si mei amici ⁊ cōmilitones estis. mecū quoq; gaudere optatis. Idola vana q̄ hucusq; coluimus relinquite. et vnum deum qui omnia. ⁊ nos inter omnia

creauit. filium quoqꝫ eius ihum xp̄m credentes adorate. qꝛ ipse est deus ꝛ dñator omniũ seculoꝝ. In cui⁹ potestate ꝯstat vniuersalis machina mũdi. qui credentes in se eterna remunerat beatitudie. Incredulos autem supplicio damnat eterno. Hic errores nr̄os diu ferens ꝑ beatã katherinam nobis nũc primũ innotuit quã maxentius impator in carcere. vesano clausam tenet iudicio. Erãt aũt ducẽti ꝛ eo amplius milites quibus a porphirio talia referebanẽ. Qui mox ydola vana respuẽtes ad xp̄um sunt ꝯuersi. Seruabaẽ interea virgo xp̄i in carcere iuxta edictũ impatoris. Et quia bissenis diebꝫ sine alimentis eam esse tyrãnus iusserat. celestis tñ cõsolator ei nõ defuit. Et qui danielez ꝓpham in lacu leonũ pauit ipe innocentẽ puellã ꝑ hos dies de celo missa candida colũba fouere nõ destitit.

Expletis vero diebꝫ duodecim apparuit ei dñs ihs cristus cum multitudine angelorum. quem sequebatur magna turba virginũ. Qui ait domin⁹. Agnosce o filia agnosce auctorem tuũ pro cuius nomie laboriosi certamis cursum cepisti. Constans ergo esto ꝛ ne paueas quia ego tecum sum. nec te desero. Est. n. nõ parua turba hominũ ꝑ te nomĩ meo creditura. Et hec dicens in celũ sese recepit. Quem virgo euntẽ longo intuitu seq̄baẽ. Ad vero impator expletis causis ꝓ quibus ierat alexandrinoꝝ rediit ad vrbem. Postera aũt die sedente eo in solio suo fit cõuentus magistratuũ ꝛ tribunicie dignitatis. Tũc rex ait circumstantibꝫ. Presenteẽ nobis inq̄t puella illa temeraria. vt sciam⁹ si vel fame vrgente ad culturã deoꝝ poterit incuruari. Aducitur itaqꝫ de carcere virgo speciosa. tribunali regio p̄sentãda. Que cuz in eius staret p̄sentia. vultũqꝫ illius quẽ tanto dierũ spatio attenuatum ieiunio estimauerat: multo formosiorem tamẽ. ꝛ splendidiorẽ videret. arbitrabaẽ clamdestino officio ei subministrata alimenta

fuisse. Unde furore cōmotus carcerarios iubꝫ excruciari vt fateanṫ. a quo ꝛ per quem ṽgo in carcere cibis fuisset sustentata. At virgo xp̄i ne custodes sui causa inocenter cruciarenṫ, cogiṫ apire qꝺ clam homībꝫ esse malebat. Ait itaqꝫ tyranno tu impator inter homines locū hunc tenere debueras vt noxios, non innocentes punires. Verūtamen te locū iudicis īdigne tenere ex hoc manifestū est. ꝙ homines ab hac si qua est culpa innoxios pire nephando iubes iudicio. Ego plane ab homīe cibū corpalem nullum accepi. sed qui suos milites in fame ꝛ tribulatiōe deserere nescit. Ipse me ancillam suaꝫ p angelum suū celestis cibi alimento nutrire dignatus est. Ipse deus et amator vnicus meus; ipse pastor ꝛ sponsus meus ē. Ad hec tyrannus dolos in pectore versans, ne a circūstantibꝫ tanqꝫ iniquus ꝛ inplacabilis videretur ait puelle. Tedet me puellā magis artibus deputandam ꝛ ab ingenuis progenitoribus natā a deo degenerari. vt non solum immortaliuꝫ deorum nostrorum culturam abhorreat. sed etiam ī iuriosis verbis derogādo, ī mūdorū spirituuꝫ fantasiā ad illusionē hominū denotet. Unde licet te ṗuare, ꝗꝫ perdere maluissem aperi tamen nobis qꝺ tibi īfra datas inducias consilium sequi decreuisti. Necesse est enim p̄senti deliberatione qꝺ vis vnū ex duobꝫ eligere. Aut dijs sacrificare, vt feliciter viuas. ꝛ non vt famula; sed vt regina potens ꝛ electa decore ī regno meo regnes. Aut certe exquisitis tormentis corpus tuuꝫ tenerū dilacerari vt pereas Cui virgo respondit. Attēde ꝛ tu obsecro ꝛ iudicij examine iudica. quem magis eligere debeam. an potentem eternū. gloriosū ꝛ decorum. vel an infirmū mortalem. ignobilem. ꝛ deformē. Scias tamen ꝙ viuere sane opto. sed vt mihi viuere christus sit. mori autem ꝓ eo nūc non timeo. sed magis diligo. quia moriēdo ꝓ eo īterminabilis vite emo

limentum lucrari me con-
fido. Nam et si tu tormen-
tis corpus meuz dilacerari
facias. habeo sane deum et
dominū meum ihm xpum
qui ex hoc mortali corpore
corpus mihi immortale re-
stituet. At licet illud corp⁹
meum quod ineuitabili le-
ge nature in mortem resol-
ui expectat. licet inꝗ̄ ī hoc
seuiendi ad tempus habe-
as potestatem. in animam
tamen meam nulla tibi da
ta est potestas. nisi hoc tuū
esse mentiaris: ꝙ corporeo
destructo per te habitacu-
lo. ipsa tandem libero vola-
tu ad auctorem suum gau
dens non redeat. Tu ergo
tyranne quecūꝗ̄ penalium
tormentorū machinamen-
ta excogitare potes ne diffe
ras. quia vocat me domin⁹
meus ihs xps. cui nō thau
ros mugientes. non oues
innocuas. sed carnem ⁊ sā
guinem meum in sacrifici-
um illi offerre desidero: q̄a
et ipse semetipsum pro me
obtulit deo patri in holo-
caustum. Veruntamen di
co tibi. ⁊ vere dico. quia in
proximo superueniet tibi
dies magne vltionis. quo
christus suscitabit tibi ad-
uersarium de fide quaz im-
pugnare non cessas. qui ab
hostili corpore tuo caput
nephandum gladio resci-
det vltore. ⁊ de sceleratissi-
mo sanguine tuo. dīj tui id
est īfernales manes execrā-
da sument libamina. Pote
ras tamē tante animaduer
sionis iudicium euadere. si
consilio meo acq̄esceres et
ydola vana relinqueres. fi-
deiꝗ̄ christiane culturā de-
uotus arriperes. Ad hec ty
rannus vt leo violent⁹ den
tibus frendens. beatam v̄-
ginem iussit duris suppli-
cijs cruciatam morte cru-
delissima interire. in vocem
huiuscemodi erumpens.
Quid ignaui talia sustine-
tis? Usꝗ̄quo adeo deos no
stros tam contemptibiliter
ab ista malefica incantatri
ce derogari paciemur. Cur
non totum corpus mem-
bratim discerpi faciamus.
ne ⁊ ceteri christiani aduer
sus deos nostros simili in
sultatione barbarizare p̄su
mant. Ergo agite ꝯtra eaz
omnes. quibuscunꝗ̄ deorū

iniuria cure est apprehendite magā istam ꝛ diris supplicijs excruciatam. morte crudelissima eam facite interire. ꝛ tūc deū suū de cuiꝰ se iactat p̄sidio. si phas est ꝓuocet sibi in auxiliū.

Capitulū vigesimū.

De quadam quorundam impia pietate qua suadebant virgini. vt ne periret. tyranno obediret. Et d̄ prudenti responsione eius ad illos qua eoꝝ multi conuersi sunt ad fidem. Deniq̄ de iniquo consilio dato imꝑatori a p̄fecto nomine thursate. de rotis fiendis. Et quomodo ꝑ orationem virginis fracte sunt rote a sancto dei angelo. atq̄ quomodo interfecta sūt plura milia hominum. Et qualiter imꝑatrix constanter reprehendit imꝑatorem. Et quomodo multi gentiliuz ad fidē christi conuersi sūt. Tandem de anxietate ferali tyranni ꝛ glorioso martyrio imperatricis. necnō porphirij ceterorūq̄ cōmilitonum suorum.

Factuz est aūt cuz traheret̄ ipsa puella ad supplicium quidā miserantes virginee forme decorem indigna morte perire. suadebāt virgini vt imperatori potius obedire deberet. q̄ʒ resistendo florentē amitteret iuuentutē. O inquiūt forma virginei decoris. O solaris spēs candoris. que nam tāta mētis obstinatio est ista. vt generosi sanguinis puella. cui diuicie ꝛ honores gratis offerūtur. ꝛ tamē volūtariū mortis compendiū eligat? O virgo katherina impio digna: consule iuuētuti tue. ꝛ ne eligas pulchritudīs tue vernantem speciē morte immatura ꝑire. Quibꝰ amabilis ꝟgo katherina respōdit. Deponite o viri planctum istū vanaq̄ lamenta vestra. ꝛ de pulchritudinis mee dispendio. q̄rulosas d̄ponite voces. qꝛ caro mea q̄ vob̄ florere videt̄. velut fenum est ꝛ gloria eius sicut flos feni. dū ꝛ mox abeūte

spiritũ marcessit. z consum pta a vermibꝫ reditura est i puluerem. vñ primordialis essentie sumpsit originem. De meo igit̃ interitu noli te flere neqꝫ solliciti esse. q̃a mihi talis cruciatus nõ est interitus ad consũptionez. sed transitus ad vitã. Non est interitus ad erũpnã. sed transitus ad gloriã. Sup vos autẽ potius expandite gemit⁹. qꝛ vobis sic manẽ tibus nõ manebit transit⁹ vester ad spem repationis. sed erit introit⁹ ad erũpnaz eterne pditionis. His ꝟbis beate ꝟginis quidã eorum ꝯpuncti subtraxerunt se ab ydolorũ cultura. et im patoris ꝯmunione. non tñ illud palã esse volebãt pter metũ corpis z mortis. Qualis tñ exitus fierat de virginis passiõe attentius ipsi ꝯsiderabant. Supueniens aũt vir quidã nomĩe thursates vrbis prefectus. z ipse vir belial. furentẽ regem ad nouã incendit insaniam. et tormẽta tormẽtis accumulat. O magne inquit impator nõ pudet te tanto tẽpe vnius femĩe obluctatione

teneri. Audi ergo impator Nõ vidit adhuc katherina tale genus tormẽti quo exterreat. z acquiescat tibi ad immolandum dijs nostris magnis. Iube igit̃ vt infra triduũ hoc. sint facte quatuor rote. z sicut ego dictauero scꝫ vt extremi rotaruz orbes z intimi rotaꝝ circuli clauis ꝑminentibꝫ z acutis ꝑfigant̃. Radij vero articulares quibꝫ altrinsec⁹ rotarum orbes iuncti regunt̃ rallis ꝑacutis denso ordĩe et mordaci accumĩe imbuant̃. Has iuxta rotas katherina exposita. volubilez eaꝝ impetũ sedens intueat̃ vt vel sic. voluentis machine stridor terrorem ei incuciat. z incuruet̃ ad sacram deorũ culturam. z viuat. Sin autem mox imposita machinamẽta hincĩde serris z clauis mordacibꝫ discerpta. ad terrorẽ christianorum inaudito pereat exemplo. Nec mora. iubet fieri tyrannus qđ suadet nephandissimus doli architectus z ad pniciem gentiliũ fiũt rote studiosius. z ꝑparant̃ maturius. Et cũ iam

H

tertia dies illuxisset tūc in⸗
stat tyrannꝰ accelerari ro⸗
tarꝫ penale tormētū. ꝛ virgi
nē si vlteriꝰ restiterit illiga
ri ꝛ implicari mediā. vt ex ī⸗
pulsu rotali: ralla ꝑaccuta:
corpꝰ tenerū dilacerarēt: et
ceteri xpiani crudeli mor⸗
tis exēplo terrerenť. Parēt
mīstri seuiētis belue mādā
tis: ꝛ rote ī medio ꝑtorū ex
posite terrorē circūspectāti⸗
bus incutiebāt. At xpi vir
go nllo penarꝫ apparatu ter
rebať. Mens. n. eius in xpo
fundata. nec blandimētis
mulceri poterat. nec minis
exterreri. Rotarꝫ vero pena
lis machīa hac arte erat ex
polita. vt due. vno ordīe et
impetu voluerēť. Due aūt
cōtrario impetu agerētur:
vt ille deorsū lacerādo im⸗
pingerēt. iste ꝟo repugnan⸗
tes sursū deuorando ꝯtra⸗
herēt. Inter has media xpi
famula erat exponenda: vt
inter serras acutas ꝛ cornu
ta ferrea ex motu rotarꝫ di⸗
scerperetur membratim mi
sero mortis supplicio. Vir⸗
go interea erectis in celum
oculis tacite oratiōis ꝟba
ad deum fundebat dicens.

Deus omnipotens qui te
in periculis ꝛ necessitate ī⸗
uocantibꝫ pia opitulatione
subuenire nō desinis. exau
di me in hac necessitate ad
te clamantem: et presta vt
penalis hec fabrica celestis
ictu fulminis attrita dissol
uatur. vt manifestam potē
tie tue virtutem hi qui cir⸗
cumstant intuentes. glori⸗
ficent nomē sanctum tuū.
quod est benedictū in secľa.
Tu scis dn̄e: quia nō timo
re passionis hec obsecro. qꝫ
sicienti corde quouis mor⸗
tis genere ad te venire et te
videre desidero. sed vt hi q̄
per me in te credituri sūt:
certiores in confessione de
tuo adiutorio. et constanti
ores in tui nominis cōfes⸗
sione ꝑseuerent. Necdū ꝟ⸗
ba virgo cōpleuerat. ꝛ ecce
angelus domini de celo de
scendēs. molem illam vehe
mēti turbinis ictu ꝯcussit
tanto impetu. vt ruptis cō
paginibꝫ partes auulse suꝑ
infusū populū tāta vi excu
terēť: vt q̄tuor milia de ipa
turba gentiliuꝫ vno turbie
necarētur. illa nimirū non
incongrua vltione: quam ꝛ

de caldeis babilonica for/
nax oliz exercuerat. Quid
plura? Dolor et confusio
gentilium. vox ꝛ exultatio
facta est christianorum ma
gnum atqꝫ gaudium. Hec
enim deus ad laudem sui
nominis ꝛ ad conuersionez
populi circumstantis ob ꝑ
ces ꝛ meritũ beate katheri/
ne ita fieri voluit. Ipse ꝓo
tyrãnus dentib⁹ frendẽs ꝛ
mẽte turbatus. quid agat ꝛ
cogitet ignorat. Erat dudũ
regina desuꝑ spectans diui
ne vltionis ꝓdigiale signuz
et que prius occultabat se
propter metuz viri sui. nũc
arrepto itinere se in conspe
ctu belue seuientis constã/
ter ingerit. Quid tu inqui
ens miserande coniũx con/
tra deum eluctaris? Que
te insania o crudelis belua
aduersus creatorem tuũ in
surgere cogit? An tu ꝓspe/
ro exitu finire arbitraris.
certamẽ quod aduersus de
um et famulos atqꝫ famu/
las ipius sumpsisti. Agno/
sce vel nunc in presenti fa/
cto: q̃꜒ potens est deus xp̃i
anoruz. ꝛ q̃nta animaduer/
sione teipsum damnatur⁹
est. qui vno ictu fulmis tot
milia hominũ nũc ꝯsum/
psit. Porro multi gentiliuz
qui ad hoc spectaculũ con/
uenerant. videntes magna/
lia dei conuersi ad xp̃m pu
blica voce clamabãt dicen/
tes. Uere magnus est deus
xp̃ianorum: cuius nos ser/
uos esse ab hodierno die cõ
stanter ꝓfitemur. Nam ꝛ ij
nostri ydola vana sũt. que
nec sibi nec cultorib⁹ suis
prodesse possũt. His audi/
tis maxenti⁹. collegit se in
oẽm furorez aduersus eos:
sed multo vehemẽtius ad/
uersus reginaz ꝛ in vocem
huiusmõi erupit. Quid tu
inquiens regina ita loque/
ris? Nũ te quoqꝫ magicis
artibus seductam xp̃ianus
aliquis subuertit. vt et tu
omnipotentes deos nr̃os
relinq̃res. ꝑ quos impꝫij no/
stri ꝓtus ꝛ summa ꝯsistit?
O malum meum. ꝛ o infe/
licitas mea magna. vt q̃ ad
culturam deoꝝ nostrorum
alienos coartabã. iã pestife
rũ subuersiõis venenũ fa/
miliari⁹ domui mee inser/
pere videam. ꝛ vnicaz lectu
li mei consortẽ huius mor/
bi contagiõe vexari ꝯtuear

Capitulum xx

Porro si me ita amor con-
iugalis emolliuerit. vt pro
regie erronea mutabilitate
deorum contumeliã ego negli
gam. Quid restat nisi vt ce
tere romani imperij matro
ne. huiusmodi erroris ex-
emplũ sequentes. viros su
os proprios a cultura deorum
auertant. et ad fallacẽ chri-
stianorum sectam totum regni
corpus incuruare presumãt.
Juro ergo tibi per magnum
deorum imperiũ o regina.
quod nisi maturius ab hac stul-
ticia resipiscens dijs imo-
laueris. caput tuum a ceruí-
ce decisũ et carnes tuas fe-
ris et volatilibus dilaceran-
das hodie reijciam. Nec tamen
tu celeri morte vitam finisse
letaberis quin prius extor-
tis mãmillis longo te faci-
am cruciatu interire. Jubet
igitur crudelis tyrannus
ministros contẽptibiliter ap-
prehẽdere reginã matronã
et transfixis clauis ferreis
mãmillas a pectore eius ex
torquere. eo quod sacrificare dijs
contẽpneret. Que cũ ad locũ
supplicij duceretur respici-
ens ad beatãm katherinã di-
xit. O veneranda christi vir-
go funde preces ad dominum
ihesum pro cuius nomine cer-
taminis huius luctamen ap
prehẽdi. vt infra instantem
passiõis huius articulum
cõfirmet cor meũ. ne caro in
firma mentẽ cogat imbecil
lem deficere. Ne et coronam
quã militibus suis a christo pro-
missam esse contestabaris
ego metu passionis amittã
Ad quã generosa virgo ka-
therina. Ne timeas inquit
o veneranda ac deo dilecta
regina. sed viriliter age. quia
hodie tibi pro transitorio re-
gno cõmutabitur eternũ. pro
mortali sponso. imortalem
tibi acquires. pro penis requi-
em permanentẽ. pro celeri obi-
tu. interminabilis vite ho-
die percipies natale principi-
um. Ad hanc vocẽ venera-
bilis matrona. in agonia ro-
bustior effecta. tortores spõ
te hortatur vt tyrãnica ius-
sa vltro nõ differant. Tũc
ministri tyrãni extra ciuita
tem eam ducentes. ferreis
hastibus et vngulis regias mã
millas eius extrahũt. et sic
suspensas ab ymo crudeli-
ter pectore mãmillas euel-
lũt. De hinc gladio percussa

felici martirio migrauit ad xp̄m xxiij die mẽsis nouembris feria q̃rta. Porphiri⁹ xpo noctu assũptis secũ q̃bꝫ secretũ suũ palã esse voluit, corpus regĩe ⁊ mr̃is ↄditũ aromatibꝫ sepeliuit. Mane aũt facto, fit q̃stio de corꝑe regine, q̃s illud sustulisset, de quo cũ m̃ltos ad suppliciũ ꝑtrahi videret porphirius ↄstanter q̃n tribunal imꝑatoris irruit dicẽs Quid tu homies ĩnoxios puniri mandasti imꝑator, velut sacrilegij reos, quos poti⁹ velle defensos esse debueras, si te nature religio, hũana corpora a feris ⁊ volatilibꝫ tollenda esse docuisset? Qua in re nõ sano te spũ agitari manifestũ est. q̃ hũanis corporibꝫ nec etiã sepulturã indulges. Que etẽm gens tã barbara huiusmõi indiciũ edidit, vt vl' cadauer exanĩe terre mr̃is gremio sepeliri ꝓhiberet. Veruntñ nũq̃ȝ innocẽtes perire ↄsentiã. si reos esse tu iudicas q̃ christi martirẽ sepelierũt. reatum h⁹mõi nõ reformido ferre. Cõdemna certe si audes q̃ ↄ impiũ tuũ edictũ, xp̄i famulã sepeliui. O expetendum cũctis fidelibꝫ crimẽ. sepulture hũane exhibitio. Utinã ⁊ hoc mihi obijcias, vt ⁊ ceteri relaxentur. Certe hoc crimine solus ego periclitari desidero. Nam et ego sum qui christi martirẽ (egoego christi confessor existens) sepulture gremio attumulaui. hinc tyrannus velut alto vulnere sauciatus, pro planctu rugitum, velut amens emisit altum quo tota domus regia pertonuit sic dicens. O me miserum O in omnibus me miserandum, vt quid me in hanc erumnosam vitam mater mea edidit. cui tollitur omne quod nostri imperij summa req̃rit. Ecce porphirius qui erat vnicus anime mee custos, ⁊ totius laboris mei solacium in quẽ ab omni causa, cura ⁊ sollicitudine reclinabar. velut in singulare mihi presidiũ. Ecce hic nescio q̃ demonũ infestatione supplãtatus, deoꝝ nr̃oꝝ culturaȝ aspernatur, et illum ihesuȝ quẽ vesana turba christianorum ꝑ deo colit, vtpote

mente captus publica vo-
ce pfitet. Hic nimiꝝ reginā
a le ge patria ⁊ cultura deo-
rum subuertit. nec alius q̄
rendus est nobis ꝯiugalis
dementie architectus idest
seductoꝛ quam ipse. At quā
uis irrecupabile mihi dā-
num de cōiuge ab eo ꝯstet
illatuꝫ: hoc potius tamen
eligo vt resipiscens ab hac
stulticia. deos sibi placabi-
les reddat. ⁊ in nr̄a vt cepe
rat amicitia ꝑduret priusꝗ̄
animaduersiōis nostre sen
tentiam experiatur. Hijs
dictis iussit omnes ꝯmili-
tones ipsius poꝛphirij: qui
lateri eius adherebant co-
ram se adduci. Quibus se
oꝛsum aduocatis. dum de
poꝛphirij conuersione que-
stionem faceret. om̄es vna
voce christianos se esse pro
testabātur. ⁊ nec metu moꝛ
tis a fide christi ac poꝛphi-
rij societate vllatenus dila
psuros. Hinc tyrannus eo
rum aliquos putās terroꝛe
penarū a ꝓposito tali posse
reuocari. iubet eos exq̄sitis
cruciari supplicijs. Quos
cum ad locū supplicij ꝓtra-
hi poꝛphirius intueretur. ti
mens ne timoꝛe passionis
eorū mentes turbarentur:
dixit tyranno. Quid sibi o
imperatoꝛ vult. q̄ hoꝝ prin
cipem ⁊ caput dimittis. me
scꝫ. ⁊ membꝛa inferioꝛa per
sequeris. Nam nisi me pri-
mo victum reddideris. ina
nem in his laboꝛem consu-
mes. Ab hijs ergo si quid
habes querere. ego pro eis
tibi asto rationem redditu
rus. Dicit ei tyrānus. Tu
princeps et caput eoꝛuꝫ es.
vt asseris. opoꝛtunum est
ergo vt tu istis de te prebe-
as exemplum: videlicet vt
primus ab hac stulticia re
sipiscas: et glorióse nobiscū
viuas. aut certe prim⁹ gla-
dio intereas. Ita locutus
furoꝛe ebꝛius iubet hūc cū
ceteris cōmilitonibus su-
is extra ciuitatem trahi. et
amputatis capitibus eoꝝ
canibus coꝛrodenda dimit
ti eoꝝ coꝛpoꝛa. Quod ⁊ fa-
ctum est. Consumata ita-
ꝗ̄ est hoꝛum passio. mense
nouēbꝛi. die vigesima quar
ta. feria scꝫ quinta.

Capitulū xxii.

de iterata blandicia iniqui

tyranni ad btām katherinā de minis eius ꝛ de cōstantissima virginis morte. Et de sententia mortis a tyrāno cōtra eam lata, necnon de predicatiōe eius ad matronas ꝛ ꝟgines aspicientes. ꝛ de pulcherrima eius orone quā fecit ꝑ suis deuotis et eius exauditiōe, ꝑ christi vocē a circūstantibꝫ auditā Tandē ꝺ decollatōe ipsius. ꝛ lactis ꝑ sanguine effluxiōe de corpis eius tumulatiōe in synai ꝑ manus angeloꝝ. ac de olei mirifica emanatiōe ex ossibus eius. et de quibusdā aliis rebus.



Postera autem die sedens pro tribunali impiissimus tyrān⁹. nec dum martirum sanguine saciatus. beatam katherinam iubet sibi ꝑsentari. Qui sic ait. Quāq̃ tu oīm horuꝫ rea sis. quos arte magica depravatos mortis di

spendium subire fecisti. si tamen ab erroneo proposito tuo animum reuocares: et dijs omnipotentibus thura offerres, poteras nobiscum feliciter regnare. et prima adhuc in regno nostro nominari. Ne nos ergo diutius protrahas, quod vis e duobus vnum elige. aut maturius aris libamina thuris offeras, aut hodie acuto gladio a ceruice caput auulsum miserabile cunctis populis intuentibus spectaculum prebebis. Cui virgo respondit. Non est miserabile inquit spectaculum. cui de occasu ortus succedit gloriosus: et de morte immortalitas, de merore iocunditas, de tristicia gaudia mercantur eterna. Ne ergo protrahere diutius tyranne non quero. fac quecunque nequissima mens tua excogitat. paratam me esse videbis ad omnia sustinenda que mihi inferre potueris: dumodo regem meum videre et virginalibus choris agnum sequentibus interesse merear. At sic prefatam, tyrannus furiali spiritu debriatus virginem. de conspectu suo abstractam iubet extra portam ciuitatis decollari. Que cum ad locum passionis prefixum properaret, respiciens vidit turbam multam virorum et mulierum sequentium se atque plangentium. inter quas precipue virgines et multe matrone nobiles lamentabantur. Ad quas sancta katherina conuersa dixit. O generose matrone o virgines clarissime. nolite obsecro passionem meam lamentabili planctu onerare. sed si nature vos pietas vlla erga me incitat ad miserationem, tunc congaudete precor mihi potius, quia video dominum iesum christum me vocantem, qui est merces copiosa sanctorum, decus et corona virginum. Vos lacrimabilem planctum istum quem inaniter in me perditis, in vos ipsas conuertite, ne vos in hoc gentilitatis errore dies suprema deprehendat, quo ex tunc fletus eternos subeatis

Hec dum locuta fuisset, a pcussore orandi spaciũ sibi poposcit indulgeri. Quod cũ spiculator annueret, ipa eleuatis in celũ oculis orauit dicens. O decus et sal⁹ credentiũ. o spes et gloria v̄ginũ ihu rex bone. gr̄as tibi ago qui me inter collegium ancillaꝝ tuaꝝ connũerare dignatus es. fac ergo hanc cum ancilla tua obsecro misc̄diam vt q̄cunq; in laudem et gloriã tuã. passionis mee memoriã egerint siue in exitu aĩe sue. aut etiã in quacũq; tribulatiõe. angustia seu necessitate me inuocauerint, celerẽ ꝓpitiationis tue effectum obtineant fugiat ab eis pestilẽtia et fames. morb⁹ et clades. et vniuersa auraꝝ intẽperies. Fiat in finib⁹ eoꝝ terre fecunda messio. aer salubrior. et secundũ elementoꝝ tuorum gratiã, iocunda fructuum vbertas. Ecce iam cõpleto certaminis mei agone. dn̄e ihu bone. ferientis gladiũ expecto. tu quẽ carnifex tollere nõ potest, p̄cor suscipe spiritũ meũ, et p manus sanctoꝝ angeloꝝ tuoꝝ. in eterne quietis sede cũ sanctis virginib⁹ ꝯfoueri iubeas. Hec dum or̄onem virgo cõpleuerat. et ecce vox huiusmodi de sublimi nube emissa ad eam reddit. Veni dilecta mea. sponsa mea electa. veni. ecce tibi btitudinis ianua aperitur. ecce quietis eterne mansio tibi iam parata. tuũ aduentũ expectat. Jam in occursum tuũ chorus ille virgine⁹. exultãtib⁹ anĩs cũ triumphali aduentat corona. Veni ergo et ne solliciteris de donis q̄ postulas. Nam et his q̄ passionem tuã deuotis mentib⁹ celebrauerint, et qui in periculis et necessitatib⁹ te inuocauerint. presidia optata: et opem celerem de celo ꝓmitto. Facta ergo hac voce. xp̄i virgo lacteam ceruicẽ ꝓtendens. spiculatori ait. Ecce ego vocor a dn̄o meo ihesu xp̄o, tu iam impiger age. et redde expletum qd̄ a tyranno accepisti mãdatũ. Mox ille insurgens. btãm xp̄i v̄ginem decollauit. Quo ex facto due res digne memoria apparuerunt. Una. q̄a lac pro sanguine in testimoniũ virginalis innocentie

de corpe eius effusum. ter-
ram vberius irrigauit. Al-
tera: q̄a mox ãgeli accesserũt
et assumptũ corpus v̄ginis
p alta aera cum capite sub
uehentes in montẽ synai d
posuerũt. ⁊ in monumento
angelicis manib⁹ p̄parato
honorifice sepelierũt. Qui
quidem mons a loco occisi
onis distat. itinere viginti
et eo amplius dierũ. quo ĩ
loco monasteriũ quoddam
est monachoꝝ. q̄ ad laudeʒ
dei ⁊ ad seruitiũ admirabi
lis v̄ginis katherĩe sũt ibi
coadunati. In eodem q̄ppe
loco innũera fiunt miracu
la ad laudẽ dei. ⁊ ad gloriaʒ
gloriose v̄ginis katherine.
Sed inter alia miracula si
cut fertur est istud vnũ ⁊ p̄
cipuũ: quod vere multũ est
memoria dignũ. Nam in fe
sto huius venerabilis mar
tyris ĩnumerabilis auium
multitudo annuatim vẽit.
quarũ quelibet vnã vl' plu
res oliuas ĩ rostro suo por-
tãs. in claustro d̄ponit mo
nasterij supradicti. ⁊ sic ibi
dem in tãta copia oliue coa
dunãt. vt oleũ factũ ex eis
p totum annũ habũdanter
sufficiat monachis illis p
necessitatibus suis. ⁊ ad lu
men lampadũ. Item iterũ
valde insigne ꝯstat miracu
lum fieri in codeʒ loco: q̄m
de sepulchro btẽ katherine
riuus olei indesinẽter ema-
nare videtur. Nam ⁊ de mi
nutis ossibus q̄ de sarcofa
go aliq̄n cũ oleo effluere vi
sa sunt. vbicũq; sint dispsa.
salutaris tñ liquor stillare
nõ desinit: ex quo puncta
debiliũ corpa. celeris medi
cine sanitatẽ reportãt.

Capitulũ xxiij.

de vindicta quã d's mediã
te cõstantino magno. ⁊ btẽ
katherine patruo fecit sic ⁊
ipa p̄dixit cõtra maxentiuʒ
tyrannũ: q̄ eam tã crudelit'
iussit cruciari ⁊ tandeʒ gla-
diari.



Constã
tin⁹ igitur im
perator cuʒ rẽ
publicã p'io ĩ
gallijs. dein-
de rome ⁊ per
totã ytaliã strẽnue pcuras-
set. ac puide gubnasset: ad
sile opus p vtilitate coi in
greciã trãsfretauit. ad ciui-

tatem scз q̃ prius bysantiũ vocabat. Ampliauitqз illã ac suo noie cõstantinopoli appellauit. Audiẽs aũt maxentius ↄstantinũ intra illiricũ ⁊ suũ dñm aduenisse vt ↄtra tyrãnos orientales ꝟsus asiam ꝑgeret cum licinio. ipe per oratores consuluit de hoc cuз eius germano scз maximiano gallero. ⁊ cum eiusdem filio scз maximiano. q̃ vt dictũ est tũc dñabantur in asia rogãs ꝙ sibi scз maxentio bellicosaз ⁊ multaз dirigerẽt gentem. cum qua ad romã posset reuerti. ⁊ ipam ciuitatẽ cape. vt cõstantinus ꝑdita vrbe nõ vlterius ꝓcederet. sed in britaniã potius deceptus ⁊ verecundus rediret. Et sic scd̃m consiliũ hoc. ipi maxentio gentẽ mittũt in gentem Cõgregata igitur in egipto multitudine magna ꝑpli atqз potẽtia. maxẽtius ex ↄsilo peritoꝝ atqз oratoruз reuertit de gretia ꝟsus romã. intendens facere magnã senatoꝝ stragem ꝑpliqз romani occisionẽ Sзз nõ ẽ ↄsiliũ aut prudẽtia siue potentia ↄtra deũ. q̃ hoies puro corde eũ colẽtes iuuat ⁊ protegit. victoresqз tandem facit Nã ↄstantin⁹ ⁊ licini⁹ cũ hoc audissẽt nõ fugã vt tyrãnus arbitrabat arripiũt. sз sua castra ꝟsus romã ↄtinuo ꝑtunt. Et ꝓcedẽte labro. scẽ crucis scз signaculo isignito. pius ↄstantin⁹ sic alias fecerat deo vero sp attente ⁊ humiliter supplicabat ne dextera sua crucis signo ornata. cũ effusione sanguinis fedaret. sed absqз ꝓprie impugnatiõe adhuc ciuibus romanis. ds redderet plenius libertatẽ. Cũqз quadã nocte post orõem sopori se dedisset. ecce angel⁹ dñi in visione dixit ei. Cõstantine ne timeas qꝛ in signo sctẽ crucis victoriã de tyrãno habeb. Certificat⁹ itaqз de victoria ↄstantin⁹. ↄfortans liciniũ hilari vultu aciẽ exercitus alloq̃tur. vt sine timore ↄ̃ tyrãnũ pergãt. qm̃ mirifice crucis virtute victores protinus ad plenũ er it. Cũqз exercitus ãmonit⁹ ⁊ ↄfortat⁹ de ꝟbis principis sui prudentis. cũ ipo principe cõstantino ac etiã licinio sic appinq̃ret

